LL.C
B139p.3

Emil Baehrens (ed.)

POETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOL. V

DRACONTII DE LAVDIBVS DEI · SATISFACTIO
ROMVLEA · ORESTIS TRAGOEDIA · FRAGMENTA
INCERTI AEGRITVDO PERDICAE

191470
10.10.24.

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXIV

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Germany

PRAEFATIO

Dracontii carmina ut iterum recenseam operis ratio postulat. neque ingratum spero fore hunc laborem multis quibus editio prior et amplior (Monumenta Germaniae historica, auctorum antiquissimorum tomus XIV, Berolini 1905) commodo in usu esse non potest. addo autem me non ipsam hanc editionem repetendam curavisse, sed omnia carmina retractavisse, quidquid opus erat correxisse, praecipue etiam codices gravissimos iterum evolvisse aut photographa adhibuisse.

de poetae vita et librorum fatis lectores relego ad ea quae exposui in encyclopaedia real. Paulyi-Wissowae V p. 1635—1644 et in praefatione editionis maioris p. V—XXXVII. unde consentaneum mihi hic breviter repetenda esse quae de codicibus carminum scitu digna sunt.

in LAVDIBVS DEI igitur fundamentum editionis est codex Bruxellensis bybl. reg. 10615—10729 saec. XII, B *cuius pars n. 10723 continet libros tres subscripto* explicit liber S. August(ini) de laudibus dei *(fol. 204^{V}—212VA). contextum correxit ipse qui scripsit ad exemplar, unde fit ut quae nota* B^{2} *distinxi certiore fide digna sint quam quae leguntur ante litteras* B *vel* B^{1}. *ad manum habeo nunc photographa optima.*

ex B *descriptus est* M, *Vaticanus lat. 3853 saec. XV,* M *utilis hic illic ubi lectio codicis* B *non iam plane certo apparet, correctus ab aliquot humanistis, ex quibus imprimis* M^{3} *nonnulla feliciter emendavit. ex* M *codice iam ab* M^{2} *correcto descriptus est* V, *Vaticanus lat. 5884, in quo* V *prior pars correcta est a* V^{2}. *ea quae* V^{1} *scripserat repe-*

R U ς *tivit codex* R, *Rehdigeranus (Breslau, bybl. mun. 59); ex quo deinceps descriptus est cod.* U, *Vat. Urbinas 352, confectus a. 1481. haec apographa* (ς) *non adhibenda sunt nisi propter emendationes aliquot certas per saeculum XV excogitatas.*

praeter continuum contextum in B *nobis servatum praesto sunt duo florilegia ex laudibus dei excerpta, diversa genere, sed utrumque pretiosum, nempe in vetustioribus codicibus servatum quam est* B. *summa cautione opus est in utendo* C *priore, centonibus dico Claromontanis* (C) *cod. Berolinensis Meermann-Phillipps 1824 saec. IX, qui foliis 1—7^{v} praebet excerptos fere 410 versus, ita tamen ut duobus capitibus* in laudibus dei et de sua pœnitentia *et* de origine mundi ab Adam et Eva *subiungeret florilegus versus Dracontianos non solum interdum mutato ordine (tres etiam bis posuit: 1,560. 2,566. 2,597) sed, quod peius est, saepe eo consilio mutatos ut inter se exciperent sententiae et verba, quae primitus non erant iuncta. priusquam igitur accipias novam ex* C *lectionem pro genuina, pensitandum semper est, an forte propter suum consilium verba Dracontii corruperit is qui excerpsit.*

A *modestius se gessit in altero florilegio Alcvinus vir clarissimus, qui simili consilio composuit sub rubrica* de laude dei et de confessione orationibusque sanctorum *tam ex aliis prosariis poetisque quam ex Dracontii carmine quae sibi memorabilia videbantur. cur ille versus non adhibuerit nisi ex libris 2 et 3, ignoramus; certe ubique manum abstinuit a verbis poetae: quaecunque in hoc florilegio corrupta sunt, peccavit librarius. servatum autem est in codice Bambergensi B II 10 saec. X.*

his quartus accedit testis in versibus 1, 118—754, re-
Eug. *censio scilicet Eugenii Toletani episcopi (obiit a. 657), qui iussu Visigothorum regis Chindasvinthi et hexaemeron opus et satisfactionem* libellos multis hactenus erroribus involutos subcorrexit, *ut ait ipse, sat corrupto usus*

exemplari et nimiae indulgens licentiae, praecipue in recensenda satisfactione.[1]) *nec tamen eius opere carere possumus, quia sex versus (1, 285. 327. 328. 684. 710. 721) solus servavit, duobus (1, 164. 287) verum vindicat ordinem, innumeris locis genuinam contra* B *exhibet lectionem. summopere autem in recensendo et interpretando carmine cavendum est ne pro Dracontianis recipias Eugenii quae sunt. — restituitur Eugenii recensio ex codicibus* M *(Matritensi Tol. 14, 22 saec. IX—X), cuius photographa dudum petita nondum accepi, codice optimo, et duobus Parisinis, altero* F, *lat. 8093 saec. VIII—IX fol. 25 ss., et* P, *lat. 2832 oblato* voto ... Mannonis *(† 880)* ad sepulchrum S. Augendi. *cum iam* F *saepe longius a genuina memoria Eugenii recedat quam* M, *multo licentius corruptus adulteratusque est codex* P, *ex quo iam saeculo nono, ut videtur, hausit* F^2 *i. qui correxit vel potius corrupit codicem* F. *huius codicis* F *item ut* M *litteris visigothicis exarati nunc plena praesto mihi sunt photographa. praeterea in hexaemero (non in satisfactione) accedunt libri* LQ, *Laudunenses 279 et 273 saec. IX, in quibus desunt versus 1, 481—538. ex his codicibus Eugenii verba secundum hoc stemma restitui possunt:*



quintus fons verborum Dracontianorum fluit fere triginta versibus in parvo carmine anonymi auctoris servato in codice F, *Parisino 8093 fol. 15v. qui anonymus carmen fecit de creatione mundi 35 versibus ita ut operi sex dierum quinos ex Dracontio (non ex Eugenio) excerperet, sabbatum propriis quinque versibus celebraret. nonnullis locis quibus* B *memoriam corrupit* G *et* Eug. *coniuncti veras dant lectiones.*

---

1) Post me et me auctore fusius de recensione Eugenii egit Karl Reinwald, die Ausgabe des ersten Buches der Laudes dei und der Satisfactio des Dracontius durch Eugenius von Toledo. Gymn.-Progr. Speyer 1913.

quibus viis hi quinque testes reducant ad ipsum Dracontium vel potius ad exemplar vetustius Isidoro, haec illustret imago:



SATISFACTIONIS verba plene nobis praebet codex Vaticanus V *Reg. 1267 saec. IX—X litteris Beneventanis conscriptus, hic illic a manu sat antiqua* V^2 *correctus. cui in versibus 1—80 accedit fragmentum Wimpfense nunc Darmstadt 3303, non ex* V *descriptum. praeterea Eugenius recensuit satisfactionem vel potius novum ex Dracontiano effecit carmen licentissime mutando. adsunt codices* MFP.

ROMVLEORVM[1]) *maximam partem nobis servavit codex* N *Neapolitanus bybl. nat. IV E 48 saec. XV chart., conscriptus a calligrapho mercennario ex apographo quod ipse Parrhasius ex codice vetusto Bobiensi confecerat. huius apographi Parrhasiani pars quae continet carmen X (Medeam) adhuc extat* (N) *interserta volumini ante eiusdem* n *carminis exemplum a librario absolutum* (n). *plenius Romuleorum exemplar quam exhibebat codex Bobiensis lege-*floril.V *bat adhuc qui composuit a. 1329 florilegium Veronense bybl. capit. CLXVIII (155), in quo adlegantur versus IX 5. 8. 9. VIII 131—132 cum titulo* Blosus in Romulea, *praeterea autem datur frg. 1 cum eadem inscriptione* Bloxus in Romulea. *addiscimus igitur ex hoc florilegio non solum nomen collectionis in* N *deperditum, sed videmus etiam Romulea olim continuisse plura X carminibus in* N *servatis.*

ex quibus unum esse ORESTIS TRAGOEDIAM post A. Maium evicerunt philologi. traditum est hoc carmen B *simillimum Helenae et Medeae in codice* B, *Bernensi*

1) *de raptu Helenae (carm. VIII) nuper disputavit C. Morelli, Studi ital. di filol. class. XIX, 1911, p. 93 ss.*

45 saec. IX, cuius nunc photographa apud me habeo et in quo ipso locos difficiles, imprimis v. 68, denuo inspexi. praeter hunc librum bonum ab inscito librario conscriptum habemus exemplar a nescio quibus humanistis perpolitum A, *cod. Ambrosianum O 74 sup., cuius item nunc photographa mihi ad manum sunt E. Hauleri liberalitate comparata. quae postquam pertractavi mihi certum est me aliosque errasse, cum codici* A *propriam et liberam a codice* B *memoriam attribueremus. immo, quamquam* A *titulum prae se ferat* Horestis fabula ab enoch asculano reperta incipit, *iam didici comprobandam esse sententiam Haasii, qui posuit* A *pendere ex* B. *quae ego in editione maiore (p. XXXIV, 1) oblocutus sum de orthographiae vetustioris vestigiis et de vitiis in* A *inventis iis locis ubi in* B *clare vera leguntur, ea facile sic redarguuntur ut sumamus* A *non ipsum ex* B *descriptum esse, sed ex codice altero α, quem tum aliquis ex* B *depinxerat cum etiam in usu erant scripturae quales* pupibus uellum surexit. *hunc codicem α vel apographon eius invenisse credendus est Henoch. tamen in hac editione minore plenam (praeter orthographica) adscripsi collationem codicis* A *ea ratione ductus ut unusquisque ipse diiudicare possit quomodo* B *et* A *cohaereant et quia aliqua corrigenda erant in collationibus adhuc in publicum relatis.*[1]) — *iuxta* B *et* A *suam utilitatem habet florilegium incerti auctoris saeculo XI° vel XII° factum, in quo fere 18 versus ex Oreste referuntur. unde bis terve verba carminis emendantur, praecipue autem versibus 427—452 in* B *falso loco positis suus redditur ordo. codices huius florilegii saec. XIII vel XIV scripti sunt Leidensis Bon. Vulc. 48,* L *Berolinensis Dietzianus B. Santen. 60, Harleianus 2745,* DH *Buxheimensis, nunc Monac. lat. 29110ª.* X

A

floril.

carmina parva de mensibus, de origine rosarum ex codice

---

1) ipse codicem non inspexit qui post me sed nondum cognita editione mea Orestem edidit C. Giarratano Mediolani 1906.

'*in caratteri Longobardi*' *scripto servavit Corio, l' historia di Milano 1554 p. 13; idem cum scripserit* Transimondo Conte di Capua, à laude del quale Dracontio poeta elegantemente scrisse *errore tamen testatur Dracontium etiam Thrasamundum Vandalorum regem (a. 496—523) carmine celebrasse.*

Dracontianis in hoc volumine adiunxi incerti poetae epyllion de AEGRITVDINE PERDICAE, quod si non ipsius Dracontii est, Romuleis addendum, certe ad Feliciani, qui Dracontium docuit, tempus et scholam referendum videtur.[1]) *servatum est in codice chartaceo saec. XV Harleiano 3685 fol. 21^{v}—25^{v}. in hoc libro, qui olim Conradi Peutinger fuit, perscriptum est carmen manu docti alicuius humanistae sine dubio ex codice sat antiquo lacerato (cf. lacunas post v. 12 et 39, versus truncatos 98. 162. 261 alia), qui singulis paginis binos ordines fere 10—12 versuum continebat (cf. praeter lacunas post v. 12 et 39 etiam versus 240—260 post v. 79 scriptos et deletos) ita ut nisi in levissimis nondum perpoliretur coniecturis. codicis photographa mihi procuravi nec tamen multa in collatione Thompsoni, qua Baehrens usus est, inveni corrigenda. edidit post Baehrensium (Unedirte lat. Gedichte, Leipzig 1877; Poet. lat. min. V^{1} p. 112ss.) Riese, Anthol. lat. II^{2} n. 808 p. 285 ss. utilia disputaverunt de singulis locis E. Rohde (apud Baehrens, Uned. lat. Ged. p. 46 ss.), C. Roßberg, Fleckeis. Jahrb. 1878 p. 428 ss. et 1881 p. 357 ss., R. Ellis, Journal of Phil. VIII 226 ss.*

mecum legerunt versus in hoc volumine editos C. HOSIVS amicus et C. REINWALD, quorum auxilio benigne praestito fretus spero non multa ex paucis quae admiserunt operarii eximie cauti menda relicta esse.

dabam Monaci pridie kal. Nov. a. 1913.

FR. VOLLMER.

---

1) *v. quae disputavi PW. V p. 1644.*

VOL. V

DRACONTII

DE LAVDIBVS DEI · SATISFACTIO ROMVLEA · ORESTIS TRAGOEDIA FRAGMENTA

INCERTI

AEGRITVDO PERDICAE

CODICES

DE LAVDIBVS DEI:
- **B**: *Brüssel 10723 saec. XII*
- **M**: *Rom Vat. lat. 5853 saec. XV* } ς
- **V**: „ „ „ *5884* „ „ } ς
- **R**: *Breslau Stadt-Bibl. Rehd. 59 saec. XV* } ς
- **U**: *Rom Vat. lat. 352 a. 1481* } ς
- **C**: *centones Berlin Meerm. Phill. 1824 saec. IX*
- **A**: *excerpta Alcvini Bamberg B II 10 saec. X*
- **G**: *carmen anonymi Paris lat. 8093* (**F**) *fol. 15v saec. IX*
- **Eug.**: *recensio Eugenii Toletani, cuius sunt codices*
  - **M**: *Madrid Tol. 14, 22 saec. IX—X*
  - **F**: *Paris lat. 8093 saec. IX*
  - **P**: „ „ *2832* „ „
  - **L**: *Laon 279 saec. IX*
  - **Q**: „ *273* „ „
- **Arevalo**: *Dracontii carmina rec. F. Arevalo Romae 1791 ex* **U**

SATISFACTIO:
- **V**: *Rom Vat. Reg. lat. 1267 saec. IX*
- **D**: *Darmstadt 3303 saec. IX*
- **Eug.**: *v. sub DE LAVDIBVS DEI*

ROMVLEA:
- **N**: *Neapel bibl. comm. IV E 48 saec. XV*
- **n**: *in carm. X eiusdem cod. quinio sextus ex quinto descriptus*
- **V**: *florileg. Verona bibl. cap. CLXVIII (155) a. 1329*

ORESTES:
- **B**: *Bern Stadt-Bibl. 45 saec. IX*
- **A**: *Mailand Ambros. O 74 sup. saec. XV ex* **B**
- **floril.**: *florilegium, de codd. v. p. VII*

DE MENSIBVS: } *B. Corio, l' historia di Milano, Venetiis 1554 p. 13*
DE ORIGINE ROSARVM: }

AEGRITVDO PERDICAE: **H**: *London Brit. Mus. Harl. 3685 saec. XV*

DE LAVDIBVS DEI

LIBER I

Qui cupit iratum placidumve scire tonantem,
hoc carmen, sed mente legat, dum voce recenset.
agnoscet, quem templa poli, quem moenia caeli
auctorem confessa suum veneranter adorent.
quinque plagae septemque poli sol luna triones
sidera signa noti nix imber grando pruinae
fulmina nimbus hiems tonitrus lux flamma procellae
caelum terra iubar chaos axis flumina pontus
vel quicquid natura dedit praecepta creare,
hoc agit et sequitur variis sub casibus iras
et pia vota dei. miseris hinc atque beatis
pro meritis morum, pro certo tramite vitae
paupertas mors vita salus opulentia languor
taedia tristitiae splendor compendia damnum
gaudia nobilitas virtus prudentia laudes
affectus maeror gemitus successus egestas,
ira potestatum, trux indignatio regum:
omnia quae veniunt, bona gaudia tristia saeva,
descendunt ex arce dei, de sede tonantis,

---

leguntur in C: 1—9. 18. 19. 21

DE LAVDIBVS DEI *titulum om. B, qui post librum tertium adnotat:* Explicit liber S. Augustini de laudibus dei; *in C praescriptum:* Versus centoni ex libris Dracontii in laudibus dei et de sua paenitentia 1 **1** Qui *C*, ui *B* cupit iratum *C*, cupiunt animis *B* ue scire CB^2, nescire B^1 **2** sed *BC*, si *W. Meyer* **3** agnoscet *B*, -at *C* **4** confessa *C*, conuersa *B* ueneranter *B*, uenerentur *C* adorent BC^2, -ant C^1 **5** Quinque *C*, Quēq; *B* luna triones *C*, luna ⁊ om̄s *B* **13** salus *Arevalo*, scelus *B* **18** tristia seua *C*, tristicia sed *B* **19** ex arte *C*, ⁊ arce *B*

qua pietas aeterna manet, lux spiritus ardor,
arce, ubi dicuntur laudes sine fine perennes,
et merito, quia fine carens primordia nescit
rerum causa deus. taetrum chaos igne resolvens
igne creata fovet; nam totum flamma vaporat
et flammae pascuntur aquis, quibus omnia constant
nubibus et radiis solis pascentia anheli.
inde potens generata manet natura creatrix,
intra se retinens, quicquid per saecla refundit.
ac pietas quia sancta dei virtute modesta est,
clade repentina nunquam punire nocentes
adsumat: poenam cohibet poenamque minatur,
territa quo dominum possit mens nostra precari
et peccatorum veniam non laesa mereri.
sic inpune reis licuit peccasse fatendo.
ante prophetarum dictis sonuere futura;
sed postquam Christus . . . . . .

---

20 Qua *Arevalo,* Vua *B* **21** Arce *C,* Arcẽ *B* **24** uapoř *B,* uapore ꝛ **28** Inť (*i.* Inter) *B* **29** Ac *B,* At *U*
36—51 *in B ob dilaceratum primum archetypi folium plane turbati partimque mutilati sic leguntur:*

S, p'q̃ χp̃c quĕ nǫ̊canres aduenit sub uoce·
Dissoluens nr̃a futuri 7 ne ignar// natura·
Iubetur· gens hõiũ dare cũq, ꝑpinguet·
Ne lateat mortale gen' quę tanta picla·
P̃mon7 ante pius q̃ ęlem̃ta fatigat
Ꝑdigiis signisq; creanť·
Nãq, recoit' simili
Part' q̃drupedes 7 sterilis fecundior aui·
Fornã cernit[8] infantẽ discors ˟ãhumero· ˟ñ
Quom̃ quę ꝑtulit inparib' m̃bris panatu·
Et pauet infelix enixa puer in germina part'·
Sic peccata parant horrenda erat ĩfans añ suos ort'·
Quid iã peccabor te parentũ ñ fuit ĩfantis facin'·
S, ante reatũ noxa cap̃t sequit[8] pęna cepit·

[1] a *in* necantes *ex* e *correcta* [2] Dis *videtur in* Dĩ *mutatum* [3] ꝑpinguet *in* -quet *correctum* [9] *correxit man. 2 versuum frustula pleraque recte consuit W. Meyer* **36** ⟨conceptus semine nullo⟩ *add. Rossberg*

advenit sub voce dei solvensque necantes
⟨occidit, ...⟩ ne . . . . . nostra futuri
gens hominum, dare ⟨s⟩igna r⟨eis⟩ natura iubetur.
ne lateant mortale genus quaecunque propinquent,
praemonet ante pius quam ⟨mittat⟩ tanta pericla,
prodigiis signisque docens elementa fatigat.
nam quare coitu simili ⟨bipedumque⟩ creantur
partus quadrupedes? sterilis fecundior ⟨alvus⟩
cernitur; infantem discors natura biformem
protulit inparibus membris numeroque modoque
et pavet infelix enixa puerpera natum.
'sic peccata parant horrenda in germina partus'.
ante suos ortus quid iam peccaverat infans?
'non fuit infantis facinus, sed ⟨f⟩orte parentum
noxa caput sequitur, poenam capit ante reatum.'
quid fera, quid pecudes, quid peccavere volucres?
quid caelum, quid terra polus, quid pontus et astra?
quid solis radii, quid lunae frigidus orbis?
nonne fatigantur dantes per tempora signa?
nam ventura monet per tot praesagia somnus
proditor et quid sit post tempora certa futurum
quodque hominis mala lingua tacet, fera belua piscis
cornipes effatur, pecudes volucresque loquuntur:
despiciunt proprii generis servare figuras,
contra naturam dum turpia membra rebellant.
nam micat unde polo veniens quicunque cometes?
hinc matres et monstra creant, hinc unda cruores
inficit et spumis rubicundior alveus exit,
hinc calidas pluit imber aquas et roscida tellus

in C: 42. 62

38 Sit ne ignara . . . et non incerta futuri Mens hominum *W. Meyer* **42** *integrum ut supra dat C* **43** bipedumque *supplevi* **48** horrendi germina *W. Meyer* **52** pecudes M^2, peto des *B* **56** somnus *B*, corvus *Arevalo* **58** *et* **59** (pisces *B*) *locum inter se mutare iussi* **58** effatur V^2, et statur B^1, et fatur B^2 **62** polo *B*, uolo *C* cometes *C*, -ites *B* **65** calidus *corr. in* -as *B*

sanguine puniceas spicis producit aristas
et viola est mentita rosam pallore fugato,
at rubor infelix et candida lilia tinxit.
tertia sors Erebi terrae prorumpit hiatu
et discit perferre diem, violare serenum
audet et exsangues caelo producere manes
vivida funereis admiscens ora, sepultis
pestibus Herculeos mundo mentita furores,
cum niger umbrarum veniens exercitus orbem
appetit invadens non humida tempora lunae.
auditur mugire solum, solisque tenebras
quis neget et stellas alieno tempore visas,
caeruleum pallore diem roseumve colore
lunaremque globum fuscata lampade tectum
et mare purpureum nudato litore siccum,
piscibus oceani proprias sitientibus undas?
nescia mentiri rerum cognata fidelis
conservat natura fidem pietate parentis
participans, quaecunque forent mundoque minentur,
ostentis ventura monens, ut pectore laeto,
si bona sunt ventura, bonis nos ante fruamur,
si mala portendant, liceat placare precando
naturae caelique deum post saecla manentem.
nemo ferire volens se praemonet ante cavendum,
sed qui terret, amat; sic indulgentia poenam

---

in C: 71. 74—77. 79. 86. 89—92

---

66 producit *M*, -is *B* **68** At *Vollmer*, Ac *B* **70** perferre B^2, -rri B^1 **71** exangues *C*, exsengues *B*, *ut videtur* manes *B*, munes *C* **74** ueniens *B*, a saxis ueniens *C* orbem *C*, orbe *B* **75** Appetit *B*, Infinit *C* lunę *B*, brumae *C*; *non noctu, sed interdiu* **78** pallore *B*, -ere *Peiper* colore (*scil. sanguineo*) *Arevalo*, -rẽ *B* **79** lunaremg (*corr. in* -remq;) gobum *B* tectum *C*, text(ur) *B* **84** quaecunque ϛ, quẽc- *B* forent ϛ, forẽ *B* **86** *ut supra B*, Si bonis bona uentura sunt nos *C* **89** ferire *B*, perire *C* praemonet CB^2, -uet B^1 **90** Sed *C*, Se *B* indulgentia *B*, -am *C*

praevenit et nullos capiunt tormenta reatus.
non negat omnipotens veniam cuicunque roganti,
supplicium cum saepe vetet, licet inde minetur
omnibus, et nullum feriat censura tonantis,
ni vitium peccantis agat perstando maligne,
et quemcunque ferit moderanter temperat ictus;
corrigit errantem, non punit morte repente,
si peccare diu parcat quicunque profanus.
sed cum perstat homo semper delicta sequendo,
sentiet iratum poena plectente furorem.
nemo deum sentit (quotiens irascitur ulli,
indulget praestare minas pietatis amore),
donec ab excelsis veniat vindicta coercens:
impete terribili gravis ingruit ira repente,
sensim rursus adest nullo terrore minante,
ante nec agnoscit dominum quicunque furentem,
donec in extremos gemitus recidente ruina
ingruat incautum graviori pondere frangens.
sed non ⟨est⟩ omnis manus exstirpanda reorum;
solos quippe necat, quos cernit nolle reverti,
addere sed gravibus peccatis crimina dura;
nam mox tempus adest veniae, cum vota recurrunt
ad meliora semel, sed non reditura secundo
ad scelus, abiectum lacrimis prece corde reatum.
quis genus humanum nescit servare volentem
auctorem dominumque deum? cui contulit index

---

in C: 101. 103. 106. 110

---

92 roganti *B*, -tur *C* **93** vetet *Bücheler*, nitet *B*, neget *Arevalo* **96** quẽcũq; *B*, quec- *C* **97** morte CB^2, monte B^1, *ut videtur* **101**s. *parenthesin statuit Bücheler* **102** Indulget *Arevalo*, Ni fulget *B* praestare *Vollmer*, praeclare *B* **106** Ante nec *C*, Nec *B* **107** Donec *M*, -et *B* **108** Ingruat *Vollmer*, Ing(ra)uat *B* **109** est *add.* M^2, *om. B* **112** veniae cum *Vollmer*, ueniens quo *B* recurrunt *M*, -it *B* **115** seruire *corr. in* -are B^1 uolentem M^2, nol- *B*

per tot facta dies, quem sexta luce creavit.
prima dies nam lucis erat, mors una tenebris:
lux datur ante polum, lux clari causa diei,
lux iubar aetherium, lux noctis limes et umbris,
lux facies rerum, dux lux cunctis elementis,
lux genitis per cuncta calor, lux gratia solis,
lux decus astrorum, lux aurea cornua lunae,
lux fulgor caeli, lux et primordia mundi,
lux splendor flammae, lux magni temporis index,
lux opus auctoris primum, lux cardo pudoris,
lux honor agricolis, requies lux omnibus aegris,
lux aevi media est, lux quae dat tempora metis.
et bene constituit mundi primordia luce
clarus ubique deus nunquam maculabilis auctor,
quem non obscurant quacunque ex parte tenebrae
nec celantur ei quaecunque obscura geruntur:
initium factis lucem dat lucis origo.
quanta spes mundi promissa est principe luce?
quae totum praecessit opus quod continet orbis,
quae solis praevenit iter lumenque coruscum,
cuius iussit ope clarescere cuncta creata.
altera quippe dies caeli convexa meretur

---

in G adsunt: 118—122. 138—140.

---

117 dies quem *B*, deus, quod *Arevalo* **118** nam lucis erat *B*, nam lux terrę *G*, lux est terris *Eug.* mors *G Eug.*, ī oris *B* **119** polum *G Eug.*, polos *B* **121** rerum *B G*, rebus *Eug.* dux lux cunctis *B*, cunctis lux *G*, cunctis et lux *Eug.; vide an scribendum sit* cunctis dux lux **122** per cuncta *B*, cunctis *G*, factisque *Eug.* calor *G Eug.*, solor(um) B^1, solor B^2, *ut videtur;* color *edideram* gratia *B Eug.*, gloria *G* **126** lux cardo *B*, candorque *Eug.* **128** aeui media (met(h)a *F P*) (*om.* est) *Eug.*, cui media es *B* metis *Eug.*, mestis *B* **129** constituit *Vollmer*, -at *B; Eug. mutavit* **130** maculabilis *B*, mutabilis *Eug.* **131** quacumque *Eug.*, quic- *B* **132** celantur *Eug.*, scel- *B* **138** caeli *G Eug.*, celo *B* meretur *B Eug.*, merentur *G et Eugenii cod. F*

et supra caelos ingentia flumina dantur
ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
ignibus aethereis caelesti sede locatis.
unda beata nimis, meruit quae tecta polorum
celsa favore dei, iussu suspensa tonantis.
limitibus contenta suis elementa morantur
nec flammas restringit aqua glaciemve reponit
flammeus ignis aquae: servant sub lege tenorem
incorrupta suum, non inpugnata vicissim;
non discreta quidem, sed nec permixta morantur.
tertia caeruleum ponti lux edidit aequor;
fluctibus inmensis pelagi freta glauca liquescunt
et mare navigerum quatitur spumantibus undis.
ipsa dies terram meruit de fluctibus actam;
eruitur tellus vasto demersa profundo
et solidante globo gravior per inane pependit
axe rotante polum; sunt pro radicibus undae.
quam molles portant ceu fundamenta liquores,
arida materies rapitur de corde fluenti
nondum mater humus; cuius pars solvit harenas,
in glebam pars membra ligat, pars saxa tumescunt

in G hoc ordine adsunt: 142. 143. 149. 150. 164. 152. 153

140 Ac *B Eug.*, Hac *G* fontibus *G Eug.*, fluctibus *B* **141** celesti sede locatis *Eug.*, cęlestia sede loquutus *B* **142** quae tecta *G Eug.*, q(ue) texta *B* **143** iussu *Eug.*, iussa *B* tonantis *B Eug.*, conatis *G* **145** restringit *B et Eug. codd. F P*, restinguit *cett. codd. Eug.* reponit *B*, teporat *Eug.* **146** seruant *Eug.*, -at *B* **149** Tertia *G Eug.*, cia *B* **164** *post* **163** *in B positus, post* **150** *recte dant G Eug.* nauigerum *B Eug.*, -runt *G* **151** actam *B*, auctam (cautam F^1) *Eug.* **152** tellus *B*, terra *G Eug.* uasto *G Eug.*, uasta *B* demersa *B et* (dim- *L Q*) *Eug.*, dimerso *G* **153** Et *B Eug.*, Ac *G* **154** Axe portante (rotante M^3) solum (polum *Reinwald*) sunt pro *B*, Sustentant solidam fluidis *Eug.* **155** ceu *Eug.*, seu *B* **158** glebam *B*, glebas *Eug.* saxa tumescunt *B*, saxea turget *Eug.*

et cautes stant montis apex, pars flumina mergit,
planities pars tensa iacet, pars litora curvat,
pars datur in tumulos, pars aspera rupibus horret,
in scopulos pars certa riget, pars valle profunda
cingitur et colles tumidi iuga celsa supinant
atque humiles campos spatiis aequalibus aptant;
pars data dulcifluis undantes fontibus agri.
herba virens prodit, it surculus omnis in auras
et semper vestita comis frondescit oliva;
omnia poma virens profert, non parturit arbor;
linguae laurus honos solvit donanda poetis;
torta per obliquos it vitis in orbe corymbos,
verberat et palmes ramos fluitante flagello;
vinea pampineos subarundinat ebria campos,
munera laetitiae spondens pendentibus uvis,
fluctibus et variis redolent florentia rura.
una parens tellus non unum fundit honorem,
sed quot sunt herbae, tot permiscentur odores.
India mundus erat gemmans, pigmenta per herbas
producunt sub sole novo rudibusque racemis.
est locus interea diffundens quattuor amnes
floribus ambrosiis gemmato caespite pictus,
plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,

in C hoc ordine: 183. 182

159 Et cautes stant montes apeł (apex B^2 *in marg.*) *B*, Cautibus extat (*an* et stat*?*) montis apex *Eug.* **160** Planities *B*, -tie *Eug.* **161** (h)orret *Eug.*, oret *B* **165** aptant *Eug.*, aptat *B* **167** Herba uirens ꝑdē surculus (*sic* B^1, fu- *vel* fo- *corr.* B^2) *B*, Promitur herba uirens it surculus *Eug.* **171** it *Eug.*, sit *B* **172** Verberat *Eug.*, -ret *B* palmes ramos *B*, palma calamos *Eug* **173** subarundinat ebria *Eug.*, sub arundina tenebria *B* **174** Munera *Eug.*, Numera *B* laetitiae *Eug.*, *om. spatio vacuo* B^1, *cui inscripsit* laeeıgae B^2 **175** Fluctibus (*i. odoribus*) *B et Eug. codd. FP*, Fructibus *cett. codd. Eug.* et *B*, ex (hec *F*) *Eug.* florentia *Eug.*, flornancia *B* **177** permiscentur *B*, -untur *Eug.* **179** sole nouo *Eug.*, sole ꝫ nobc (bo *add.* B^2) *B* **180** interea *B Eug.*, in terra *Rivinus falso*

hortus in orbe dei cunctis felicior hortis.
fructus inest anni, cum tempora nesciat anni.
illic floret humus semper sub vere perenni,
arboreus hinc inde chorus vestitur amoene:
frondibus intextis ramorum murus opacus
stringitur atque omnes pendent ex arbore fructus
et passim per prata iacent. non solis anheli
flammatur radiis, quatitur nec flatibus ille,
nec coniuratis furit illic turbo procellis;
non glacies destricta domat, non grandinis ictus
verberat aut gelidis canescunt prata pruinis.
sunt ibi sed placidi flatus, quos mollior aura
edidit exsurgens nitidis de fontibus horti;
arboribus movet illa comas, de flamine molli
frondibus inpulsis inmobilis umbra vagatur:
fluctuat omnis honos et nutant pendula poma.
ver ibi perpetuum communes temperat auras,
ne laedant frondes et ut omnia poma coquantur.
non apibus labor est ceris formare cicutas:
nectaris aetherei sudant ex arbore mella
et pendent foliis iam pocula blanda futura,
pendet et optatae vivax medicina salutis,
dependent ⟨quis dat⟩ sollers pictura figuras.

in C: 192

182. 183 *B Eug.*, **183. 182** *C* **182** marcentibus *B Eug.*, marcescentibus *C* **183** cunctis *C Eug.*, -os *B* (h)ortis *C Eug.*, ortus *corr. in* hortis B^1 **185** floret *Eug.*, flore *B* **186** arboreus h. i. chorus v. amenę *B*, arboreis h. i. comis v. amoenis *Eug.* **188** atque *Eug.*, aquę *B* **189** anheli *B*, -is *Eug.* **190** ille *Vollmer (cf. Reinwald p. 26)*, ullis *Eug.*, illic *B* **191** coniuratis furit *Eug.*, -tus fuerit *B* **192** Non *B Eug.*, Quem *C* destricta (i *ex* u *C*) *B C*, districta *Eug.* **194** flatus *B*, fructus *Eug.* **195** fontibus *Eug.*, sontibus *B* **200** laedant *Rivinus*, ledat *B Eug.* **202** etherei (-is *F L Q*) sudant *Eug.*, ethereis undant *B* mella *Eug.*, milla *corr. in* mella *B* **205** Littora dependent sollers pictura figuras Iam quinta dies *B*, Cetera de-

auroram iam quarta dies praemiserat undis
et rutilante polo compresserat astra rubore:
mox solis radiare globum iubet igne salutis.
flamma salutaris perfundit lumine mundum,
cuncta salutifero rident elementa vapore;
cuius ab igne suo lunam iubet ire secundam
nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis
et tepidum proferre diem comitante quiete;
candida somnigeris collustrans cornibus axem,
quae numero est crescente brevis, sed plena minore.
flammeus ornatus caeli per sidera fulsit:
officia stellis, numeros et nomina iussit,
tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
limitibus fixit, iubar induit, axe rotavit,
cursibus aptavit, caeli regionibus addit.
agminis innumeri nec flammea sidera solem
destituunt quacunque die, sed luce premuntur
luminis inmensi radiato vertice fusi.
nec mirum, si clara latent sub sole corusco
sidera, quo mundum monstrat mensura minorem,

---

in G: 206—208. 211. 212

---

pingit uariis p. figuris Aurora *(sic et G)* iam quarta dies *Eug. et inde ab* Aurora *G; ex. gr. explevi, opinatus Dracontium cogitasse de materia picturae encausticae*

207 polo *B Eug.*, globo *G* astra *G Eug.*, ora *B; de anachronismo cf. v. 179* **208** solis radiare (fulgere *G*) *G Eug.*, sol' radire *B* igne *B Eug.*, ire igne *G* **210** salutifero *Eug.*, -ra *B* **211** lunam i. i. secundam *B Eug.*, luna i. i. secunda *G* **212** corrumpere *B Eug.*, pr- (*i.* perr-) *G* **213** tepidum *B*, tep- *vel* trepidam *Eug.; non calidum, non verum;* trepidum *pro dubio et incerto dictum voluit Arevalo* proferre *Eug.*, perferre *B* quiete *Eug.*, quieti *B* **214** Candida somnigeris (-feris *Z*) *Eug.*, Candidas omigerunt *B* **215** Quae *Eug.*, Quê *B* crescente *B*, maiore *Eug.* sed *B*, et *Eug.* **217** numeros$_a$ et *Eug.*, numero sed *B* **220** Cursibus *Eug.*, Curribus *B* **222** qcũq; (*i.* quac-) *B*, quoc- *Eug.*, quaec- *M* **223** fusi *B*, phebi *Eug.* **225** minorem *(sic) B Eug.*

qui fovet igne pio caelum mare sidera terras
concepta virtute dei, quem sphaera polorum
sustinet et sentit dominum per cuncta tonantem,
cuius ab imperio veniunt quaecunque ministrat.
omnia iussus agit, totum sub lege laborat,
miles et ipse dei, cum luna et sidera cuncta
ostentans sub vere novo, sub tempore primo,
sub tirone die veterana in saecla parato.
addit quinta dies animalia cuncta profundi:
in corpus solidantur aquae nervique ligantur.
musculus humor erat, fluctus durescit in ossa
atque oculi gemmantur aquis humore gelato.
et quot sunt fluctus, tot forsitan aequore pisces
luserunt fluido per caerula vasta natatu
et crispante freto perflabant naribus undas.
terrigenis factura cibos post cuncta creandis
exilit inde volans gens plumea laeta per auras
aera concutiens pennis crepitante volatu
ac varias fundunt blando modulamine voces
et puto conlaudant dominum meruisse creari.
hae niveo candore nitent, has purpura vestit,
est croceus his pluma color, has aureus ornat

in G: 234. 238. 242—244

227 Concepta *B*, -tum *Eug.*; *an* Conceptus? **229** ministrat *B Eug.*, -ant *Eug. codd. L Q Z* **231** luna *Eug.*, lunę *B* cuncta *Eug.*, cuncto *B* **232** Ostentans *B*, -tat *Eug.* **233** parato *B*, -tus *Eug.* **234** Addit (-didit *L Q*) *Eug.*, Adet *G*, Vidit *B* profundi *B et Eug. codd. L Q Z*, -do *G et Eug. codd. F P* **235** aquae *Eug.*, quę *B* **237** gemmantur *Eug.*, geminantur *B* **238** quot *vel* quod *(sic B) B Eug.*, quo *G* forsitan aequore *B*, forsan in equore *Eug.*, gignunt ęquora *G mutando* **239** Luserunt (Lux erunt *M*) *Eug.*, Iusser(it) B^1, Iusser(un)t B^2 **240** freto *B*, *item, ut vid., Eug., sed* fretum *M*, freti *F* **241** *ob rem post* **234** *poni iussit Arevalo* **242** per auras B^2 *G Eug.*, per euras B^1 **244** uarias fundunt blando modulamine uoces *Eug.*, uarios f. bl. m. cantus *G*, uarias f. uoces mod. bl. *B* **247** Est croceus his pluma color *B*, His croceus plumae color est *Eug.*

galbanus, ast aliis pennae solidantur ocellis
atque hyacinthus adest per colla et pectora fulgor;
eminet his cristatus apex, has lingua decorat
et brevitas formae pensatur voce canora;
est unus his pluma color, has discolor ornat
penna, per innumeras currens pictura volucres,
et rudibus tenuem subtexunt aera pennis.
sexta dies folium ramis et floribus herbas
evomit et spicans acuit seges omnis aristas.
silva comis vestita viret nidosque loquaces
exhibet et varias decantat garrula voces,
cum natabunda volat non motis plausibus ales:
frondibus insidens vento cum fronde movetur,
unguibus ad ramos infixa tenacibus haeret.
pennigerum vernare nemus vapor urget in usus
pignoris et molli durescunt ova tepore.
pennantur membrata globis, animantur, anhelant,
rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
temptant et rudibus librantur in aera plumis.
sed cum discordent inter se elementa coacta,
fetibus eductis concordant unda vel ignis:
unda creat volucres, producit flamma volucres.
pabula mundus erat, sed non qui pasceret herbas

255 *in G:* Sexta dies species hominis formatur in artus; *cf.* 330

248 Lalbanus (Galb- M^3) ast aliis *B*, Albentes aliis (alis *FP*, alas *LQ*, alias *Z*) *Eug.* ocellis *Eug.*, ocelli *B* **249** fulgor *B*, fulgens *Eug.* **251** *habet B, om. Eug.* **252** E studiis (Est unus *Vollmer*) his pluma color *B*, Has uirides penna reddit *Eug.* **253** Penna (Pi- B^2) *B*, Multa *Eug.* **254** rudibus *B*, leuibus *Eug.* pennis *B*, plumis *Eug.* **255** Sexta dies GM^3, Exta die *B*, Ipsa dies *Eug.* **256** spicans *B*, spicis *Eug.* **259** natabunda *B*, uagabunda *Eug.* motis (motib; LQM^1) *Eug.*, mosq; *B* **261** erret *B*, herens *Eug.* **262** urget *Eug.*, unguet *B* **263** durescunt *Eug.*, cur- *B* **264** membrata *B*, membra (tunc m. *Z*) *Eug.* **266** plumis *B*, pennis *Eug.* **268** Fetibus *Eug.*, Flet- *B* **270** Paruula mundus erat *B*, Pabula montis erant *Eug.*

adfuit: intactis senuissent floribus herbae,
ni pascenda daret tellus iumenta per agros.
cornibus erumpunt armata fronte iuvencique
et per prata vagum sequitur sua bucula taurum;
cervus in arva fugax palmatis cornibus errat
et velox prorumpit equus, pecus utile belli.
impia terribiles producit terra leones,
simplicitas ovium fraudes passura luporum
et raudos timuit discurrens damma molossos.
spumat aper, mortes lunato dente minatur
et latus obliquans meditatur proelia torvus,
ne Massyla fames duros descendat in armos
aut aper alter eat spumantia bella movere.
promitur omne genus pecudum, genus omne ferarum
inter prata vagum nullo custode per herbas.
instar montis habens incedit bestia moles;
promitur anguis hians, quatitur sub dente venenum,
et maculosa repit squamis per viscera serpens,
ante venena nocens, missura flatibus oris

---

279 *Gloss. cod. Phillip. 4626 (Ellis, Journ. of Phil. VIII 1877, 123)* molossi sunt rustici canes. unde quidam poeta ait: et raucos timuit discernere damma molossos

---

271 intactis ς, -tus *B*, -tae *Eug.* *post* **272** *ob male acceptum v.* **255** *duos interpolavit Eug.* **273** armata *Eug.*, arǫmata *B* iuuenciq; *B*, iuuenci *Eug.* **274** uagum s. s. bucula taurum *B*, uagos s. s. buccula (bacc- F^1M, uacc- LQ) tauros *Eug.* **278** ouium fraudes *Eug.*, omnium fraude *B* **279** raudos B^2, raucos B^1*Eug. (Gloss. Phill.)* molossos *Eug.*, molursos *B* **281** toruus *Eug.*, turbus *B* **282** Nec (Ne *Vollmer*) marsyla fames duros descendat *B*, Ac maxilla ferox duros desaeuit *Eug.* **283** Aut aper alter eat *B*, Audacter certans *Eug.* **284** Promitur *B*, Gignitur *Eug.* **285** *habet Eug., om. B* **286** montis habens incedit *Eug.*, mortis habet intendit *B* **287** *om.* B^1, *in margine suppl.* B^2 *et eidem loco tribuit quo habet Eug., scilicet post v. 286* quatitur B^2, quatiens *Eug.* **289** Ante *B (cf. Lucan. 9, 724)*, Atra *Eug.* missura *B*, missura e (e *om.* LQ) *Eug. codd. (an* -ra est *Eug.?)*

et subita sparsura grauis per sibila mortes
atque eadem membris vitae paritura medellas.
sed ne cuncta simul passim per cuncta fuissent,
distribuit loca certa deus et tempora fixit.
tempore non uno veniunt quae saeva vocantur:
non semper movet arma leo nec scorpius ictus
semper habet nec semper agit fera vipera mortes
nec semper tollunt ad vulnera colla cerastae;
non semper furit unda maris nec semper adurit
solis ubique calor: pro tempore temperat ignes,
pro regione plagae; pro tempore temperat undas
et modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt.
ipse polus, qui grande tonat, sine nube serenus
iam tacet et puro redeunt sua lumina caelo.
multa locis data sunt variis dispersa per orbem:
arida vipereos angues suscepit harena,
humida sortitur tellus fera colla leonum,
India cum gemmis et eburnea monstra minatur
(belua divinos inter generatur odores
ambrosiasque rapit male fraglans bestia messes)
incertusque color tigris per mille colores
montibus Hyrcanis vento fetata marito
mittitur ut vincat currens orbata procellas.
cornibus erectos sortita est Africa dammas,
concava suscipiunt per montes saxa dracones.
cetera distribuit diversis semina terris,

in C: 302

290 subito sparsura *Eug.*, subitas passura *B* **291** uitae paritura *B*, inpertitura *Eug.* medel(l)as *Eug.*, medullas *B* **292** passim per cuncta (prata *M*) *Eug.*, pars impar cuncta *B* **295** ictus *B*, ictum *Eug.* **296** mortes *B*, morsus *Eug.* **300** pro ⟨tempore *add.* M^3⟩ temperat undas *B*, contemperat unda uaporem *Eug.* **303** puro *B*, pura *Eug.* **307** et *Eug.*, *om. B* **309** fraglans *B*, frangens *Eug.* bestia *Eug.*, *spatium vacuum reliquens om.* B^1, besaa B^2 **310** Incertusque *Eug.*, Inceptusque *B* **311** un&o (vento *Vollmer*) fetata *B*, uenit ac feta *Eug.*

plurima coniunxit, sed caespite, mente diremit.
munera praeterea funduntur divitis agri:
protulit eximias et ditior India gemmas,
producunt niveos et litora Rubra lapillos,
flammantes viridesque tulit Babylonia crustas;
Persica nobilitas pretiosis litora gemmis,
Phrygius et roseo carbunculus ardet honore,
Serus fila trahit nullo sub pollice ducta,
balsama Caesareos plorant virgulta per agros
et nimis ambrosium lacrimae dant munus odoris;
cinnamon interior profert sub Phoenice tellus
solis amica nimis, nam non de sole perusta
haec nardi flores, haec portio fundit amomum.
omnibus his genitis animal rationis amicum
formatur, virtute dei limatur in artus,
ut dominanter eat moderatior omnibus unus.
naturae iussit quae protulit omnia princeps,
ast hominem non terra parit, non pontus ab undis,
non caelum, non astra creant, non purior aer,
sed dominaturum cunctis dominator et auctor
plasmavit per membra virum de pulvere factum.

in C: 329. 330. 333. 334. 336 **326** *habent Exempla poetarum Vaticana Keilii v. 193 s. v.* cinnamon phenice *sine nomine poetae vel carminis*

316 mente *B*, multa *Eug.* **317** agri *B*, auri *Eug.* **318** et ditior *B*, inlustrior (ind- *M*) *Eug.* **321** Persica nobilitas *B*, Persida nobilitant (-at *codd.*) *Eug.* **322** Et Phrygius *Arevalo*, Frigidus et *B Eug.* **323** Serus *B*, Seres *codd. Eug.* **325** odoris *Eug.*, honoris *at* n *corr. in* d *B* **326** interior *B (Ex. Vat.)*, -rius (-rior *F*) *Eug.* finice *B*, fenice *vel sim. Eug. et Ex. Vat.* **327. 328** *habet Eug., om. B* **329** his *B Eug.*, in *C* genitis *C Eug.*, gentis *B* amicum *B Eug.*, -us *C* **330** Formatur (-tus *C*) *C Eug.*, Forma dei *B* limatur *B Eug.*, -tus *C* **331** dominanter *Eug.*, d(omi)nant(ur) *B* **332** Naturae *Eug.*, Natus ac *B* **334** purior aer *Eug.*, prior aer *C*, purior uer *B* **335** dominaturum cunctis dominatur (-tor V^2) *B*, dominatorum dominator summus *Eug.* **336** Plasmauit *B*, Limauit *Eug.*

limus adhuc deformis erat, membratur in artus
corporeos, species hominis, caelestis imago.
conspicitur nova forma viri sine mente parumper:
spiritus infusus subito per membra cucurrit
et calefacta rubens tenuit praecordia sanguis,
mox rubuere genae, totos rubor inficit artus.
iam cutis est qui pulvis erat, iam terra medullas
ossibus includit, surgunt in messe capilli.
orbe micant gemino gemmantia lumina visus
et vocem conpago dedit nova machina surgens
auctorem laudare suum gavisa, quod esset,
atque oculos per cuncta iacit: miratur amoenum
sic florere locum, sic puros fontibus amnes
quattuor undisonis stringenti gurgite ripas
ire per arboreos saltus camposque virentes
miratur; sed quid sit homo, quos factus ad usus
scire cupit simplex et non habet unde requirat,
quo merito sibimet data sit possessio mundus
et domus alma nemus per florea regna parata;
at procul exspectat virides iumenta per agros

---

in C: 338—341. 343—348. 349. 350. 351. 353—355; *in G partes versuum* 337. 338 (*cf. ad v.* 255) *et totus* 340

---

338 Corporeus (-rea *Eug.*) species hominis *B Eug.,* Corporeos hominis uestit *C* **339** *ut supra Eug.,* Conspic(it)· sine forma uiri m̃te parũp *et in marg.* ·nuda *B* **340** *habent C G Eug., om. B* **344** messe *C Eug.,* m̃se *B* **345** Orbe *B Eug.,* Erba *C* gemmantia *Eug.,* geminantia *B,* gem̃tia *C* lumina *B Eug.,* -ne *C* uisus *B,* uisu (-so *F P*) *Eug.,* uifus *C* **348** Atque *B C,* Tunc *Eug.* miratur am(o)enum *C Eug. B*^{2}, amiraturamgenũ *B*^{1} **349** amnes *C Eug.,* amnẽ *B* **350** undisonis *B,* udisonos *C,* undifluo *Eug.* stringenti *Traube,* -te *B C,* -tes *Eug.* **352** sed *B et Eug. codd. M F P,* se *Eug. codd. L Q Z; hoc olim probavi distinguendo post* se; *nunc vocula* sed *gradationem fieri puto a* miratur *ad* scire cupit **355** *ut supra B C, nisi quod in* nemus *prima littera in B ex* a *correcta est, deinde* rura parata *C,* regna paratum *B;* Atque domus alterna *(sic)* nemus per florea rura | Parua procul spectat *Eug.*

et de se tacitus quae sint haec cuncta requirit
vel quare secum non sint haec cuncta volutat;
nam consorte carens cum quo conferret egebat.
viderat omnipotens haec illum corde moventem
et miseratus ait 'demus adiutoria facto
participem generis'. tamquam si diceret auctor:
non solum decet esse virum, consortia blanda
noverit; uxor erit, cui sit tamen iste maritus;
coniugium se quisque vocet, dulcedo recurrat
cordibus innocuis et sit sibi pignus uterque,
velle pares et nolle pares, stans una voluntas,
pax animi concors paribus concurrere votis,
ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles
et quicunque datur casus, sit causa duorum.
nec mora, iam venit alta quies oculosque supinat
somnus et in dulcem solvuntur membra soporem.
sed cum iure deus nullo prohibente valeret
demere particulam de quod pius ipse pararat
(sed si ablata daret iuveni sua costa dolorem,
redderet et tristem subito, quem laedere nollet),
fur opifex vult esse suus. nam posset et illam
pulvere de simili princeps formare puellam,
sed quo plenus amor toto de corde veniret,

---

in C: 360. 364. 365. 367—370. 371—374. 377—379

357 *ut supra B,* Hac de re tacitus angit et corde requirit *Eug.* **358** secum *Eug.,* setũ *B* cuncta *B,* ipsa *Eug.* **360** corde *B Eug.,* corda *C* **364** Nouerit *B Eug., om. C* cui tamen sit *(ordine correcto) C,* cum sit tamen *B,* cuius tamen *Eug.* **366** sit *B,* sint *Eug.* **368** Pax *B C,* Pars *Eug. codd.* concurrere *B C,* dec- *Eug.* uotis *C Eug.,* uoces *B* **371** Nec mora *B Eug., om. C* supinat *C Eug.,* sopinat *B* **372** soporem *C Eug.,* quietem *B* **373** cum *B Eug., om. C* **374** quod *B,* quo *C Eug.* **375** *ut supra B,* Attamen ablata iuveni ne costa doleret *Eug.* **377** posset *B Eug.,* possit *C* et illam (-um *C*) *B C,* alumnam *Eug.* **379** quo *Eug.,* quod *B C,* quia *M* corde *B Eug.,* corpore *corr. in* corde *C*

noscere in uxorem voluit sua membra maritum.
dividitur contexta cutis, subducitur una
sensim costa viro, sed mox reditura marito.
nam iuvenis de parte brevi formatur adulta
virgo decora rudis matura tumentibus annis,
coniugii subolisque capax quo nata probatur,
et sine lacte pio fit mox infantia pubes.
excutitur somno iuvenis, videt ipse puellam
ante oculos astare suos, pater, inde maritus,
non tamen ex coitu genitor, sed coniugis auctor.
somnus erat partus, conceptus semine nullo;
materiem fecunda quies produxit amoris
affectusque novos blandi genuere sopores.
constitit ante oculos nullo velamine tecta,
corpore nuda simul niveo quasi nympha profundi:
caesaries intonsa comis, gena pulcra rubore,
omnia pulcra gerens, oculos os colla manusque,
vel qualem possent digiti formare tonantis.
nescia mens illis, fieri quae causa fuisset.
tunc deus et princeps ambos coniunxit in unum
et remeat sua costa viro, sua membra recepit,
accipit et fenus, cum non sit debitor ullus.
his datur omnis humus cum quidquid iussa creavit:

in C: 380—384. 386—390. 393—397. 399—400. 402; *G adhibuit v.* 382. 383 *cum scriberet* Inde de cos⟨ta⟩uiri socia formatur adulta. *deinde exhibet v.* 402. 403

380 uxorem *BCEug.*, -re *Eug. cod. M*, -ris *Barth* **382** costa *CEug.*, corta *B* **385** quod nata *B*, quo apta *Eug. codd., ipsum voluisse opinor* coaptata **386** fit mox *C*, fecit max *B*, crescit *Eug.* **388** astare *CEug.*, t(un)c stare *B* **391** fecunda *M*, facunda *B*, sopita *Eug.* **393** tecta *CEug.*, texta *B* **394** quasi *BC*, ceu *Eug.* profundi *CEug.*, -do *B* **395** Cesaries *BEug.*, Caries *C* **397** Vel *BC*, Vt *Eug.* qualem possent *BEug.*, quale possint *C* tonantis *BEug.*, -tes *C* **399** coniunxit *BC et Eug., ut vid.*, -git *Eug. cod. M* **402** cum (quum *G*) *BCG*, et *Eug.* quicquid *BCEug.*, quidque *G* iussa *CGEug.*, *om. B*

aeris et pelagi fetus, elementa duorum
arbitrio commissa manent. his 'crescite', dixit
'et replete solum' omnipotens 'de semine vestro
sanguinis ingeniti natis: nutrite nepotes
et de prole novos iterum copulate iugales.
vel dum terra fretum, dum terram sublevat aer,
dum solis micat axe iubar, dum luna tenebras
dissipat et puro lucent mea sidera caelo,
sumere quidquid habent pomaria nostra licebit.
nam totum quod terra creat, quod pontus et aer
protulit, addictum vestro sub iure manebit
deliciaeque fluent vobis et honesta voluptas:
arboris unius tantum nescite saporem'.
dixerat ista deus, sanxit natura, quod inquit
omnipotens. mirata diem, discedere solem
nec lucem remeare putat terrena propago
solanturque graves lunari luce tenebras,
sidera cuncta notant caelo radiare sereno.
ast ubi purpureo surgentem ex aequore cernunt
luciferum vibrare iubar flammasque ciere
et reducem super astra diem de sole rubente,
mox revocata fovent hesterna in gaudia mentes;

in C: 404—407. 414—415; *in G:* 403

---

403 Aeris et *BCEug.*, Aeri uel *G* fetus *BCEug.*, fretus *G et Eug. codd. FP* **404** *et* **405** *in C sic:* Omnipotensque deus his crescite dixit **405** *ut supra B,* Omnipotens replete solum de s. u. *Eug.* **406** ingeniti *sic BCEug., male in B legeram* ingenui natis *BC,* nati (-tos *Z*) *Eug.* **408** Vt (Vel *Vollmer,* Et *V*) dum terra fretum *B,* Dumque freta terra *Eug.* terram *B,* celum *Eug.* **412. 413** *habet B, om. Eug.* **414** uoluptas *BEug.,* -ntas *C et Eug. cod. F* **415** nescite *CEug.,* -re *B* **417** mirata *B,* migrare *Eug.* **419** Solanturque glabes (graues M^3) *B,* Subductisque nigris *Eug.* tenebras *B,* -bris *Eug.* **421** surgentem *Eug.,* -te *B* cernunt *Eug.,* gemunt *B* **423** rubente *B,* -em *Eug.* **424** fouent *Eug.,* fouet *B* hesterna (exerna *M*) *Eug.,* externa *B*

temporis esse vices noscentes luce diurna
coeperunt sperare dies, ridere tenebras.
tot bona facta deus non obliviscitur unquam,
quae propter hominem fecit sanxitque manere.
huic dominus pietatis opem subducere non vult,
addicet nec plasma suum. scit conditor aevi
esse nihil prorsus praeter se ubique rogandum,
et nisi subveniat, succurrens non erit ullus.
inde malo bonus est homini deus, omnibus auctor
spes opifex dominus rector dux arbiter index,
continua bonitate pius, virtute modestus,
simplicitate bonus, sed culmine celsior omni.
ibant per flores et tota rosaria laeti
inter odoratas messes lucosque virentes
simpliciter pecudum ritu vel more ferarum,
corporibus nudis et nescia corda ruboris.
quid pars membrorum secretior esset habenda?
unde rudes scirent, quid moribus esset honestum?
quod digitos oculosque, putant hoc quoque pudenda.
publica iungebant affectibus oscula passim
nec rubor ullus erat, cum staret origo pudoris,

in C: 427—429. 435—436. 439—441. 443—445.

425 esse uices *B*, et requiem *Eug.* **426** dies *B*, diem *Eug.* **428** hominem *BC*, -nes *Eug.* sanxitque *Eug.*, scm̄ sanxitque *B*, sensitque *C* manere *CEug.*, -are *B* **429** Huic *C*, Huic *an* Hinc *B*, Hic *codd. Eug.* dominus *BEug.*, deus *C* **430** Addicet *B*, Proicere *Eug.* nec *Eug.*, ne *B* **431** rogandum *B*, -dus *Eug.* **434** opifex *Eug.*, opis et *B*; *cf. Romul. 1,10* **435** bonitate pius *CEug.*, pietate bonus *B* **436** bonus *BEug.*, pius *C* sed *BC*, et *Eug.* culmine celsior $B^2CEug.$, celsior culmine B^1 **437** Ibant *Eug.*, Iuuant *B* laeti *Eug.*, beas *B* **440** ruboris *BC*, liuoris *Eug.*, paboris *Eug. cod.* M^2 **441** Quid *B*, Quod *C*, Quae *Eug.* **442** scirent *Eug.*, sciret *B* **443** Quod *BEug.*, Quae *C* quoque *C*, q̃q *B*, membra *Eug.* **444** Publica *BEug.*, -ce *C* affectibus *Eug.*, arrectibus *B*, Adflaectibus *C* passim *BEug.*, parsi *C* **445** staret *BEug.*, extaret *C*

illicitumque sibi prorsus nihil esse putabant.
et bene credebant, quibus omnia iussit ad usus
arboris unius fructu sub lege negato.
vomere non tellus, non rastris iussa domari,
quaerere nec sudor fructus quocunque labore
cogitur aut campos aliquo de fonte rigare;
imbre ferax nullo, pluviis absentibus uber
caespes et arbitrio crescit fetura marito.
praeterea solis datus est locus ille duobus:
deliciis hominum tantum constructus opacis
nec placidas sustentat aves, non ore cruentas,
unguibus armatas nescit perferre volucres,
omne genus pecudum nescit, genus omne ferarum.
solus ibi inrepsit squamoso corpore serpens
fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
pectore vipereo mellitum ex ore venenum
funereo sub dente parans spumante palato.
ergo ibi livor edax, coctum serpente venenum
invidiae mordacis habens sub fronte modesta,
quaerit opem sceleri, per quam fallatur honestas
simplicitasque cadat vel credula corda reatum
incurrant non fraude sua, sed clade perenni.
fortia corda viri non expugnanda per anguem

---

in C: 459—465

---

447 usus *B*, usum *Eug.* **449** rastris *Eug.*, rastra *B*, rastro M^2 **452** Imbre ferat (ferax *Peiper*) nullo *B*, Imbri feris semper *Eug.* pluuiis *Eug.*, pl//iis *(mediae oblitae) B* uber *Eug.*, uer *B* **453** et *Eug.*, ex *B* **455** hominum *Eug.*, omnium *B* **456** placidas *Eug.*, -da *B* cruentas *Eug.*, -us *B* **457** perferre *Eug.*, ferre *B* **459** ibi *CEug.*, ubi *B* **460** imbutus *CEug.*, indutus *B* **462** palato *CEug.*, -ti *B* **463** ibi *C*, ubi *radendo corr. in* ibi *B*, ubi *Eug. codd.* coctum serpente *BC*, contusum dente *Eug.*, coctum sub dente *Grosse, at cf. v. 462* **464** Inuidiae *BEug.*, -dia *C* modesta *BEug.*, -sti *C* **465** sceleri *BC et Eug. codd. LQZ*, -ris *Eug. codd. MFP* quam *BEug.*, quem *C et Eug. codd. LQ* fallatur *CEug.*, fell- *B*

praesensit pietatis inops et coniugis aures
adgreditur sub voce pia, sermone maligno
insidiosus adit heu mollia corda puellae:
ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
his semel adsumptis reserantur lumina cordis
ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
paenituit nescisse dapes et damna putantur
temporis exacti spatia. procedere peius
ausum quippe nefas: temptat seducta maritum
et capit insontem iam noxia femina victum.
circumventa perit, sed circumscripta fefellit.
nec circumscriptor serpens inpune triumphat.
nam postquam et iuvenis violata mente comedit
funereos sine lege cibos in morte futurus,
mox sapit infelix, quid pravum, quid sit honestum:
cognita simplicitas, sed mox est corde fugata.
membra pudenda putant partem, quae est prolis origo,
et qua ventris erat digestio, turpis habetur.
omnibus e membris pars mundior illa putatur,
noxia sola magis fuerat quae in corpore toto,
os, aditus mortis, quam protulit atque recepit
lingua suada mali, sed et aures limina mortis.

in C: 469—474. 477—484. 488—490

469 et *BC et Eug. cod. Q*, sed *Eug.* **471** heu *BEug.*, iam *C* **474** patuit *CEug.*, fatuit *B* **476** exacti *B*, -ta *Eug.* **477** Ausum *CEug.*, Aut suum *B* **478** uictum *CEug.*, iunctum *an* uinctum *B* **480** circumscriptor *B*, -pta *Eug.*, -pta *corr. in* -pto *C* **481** et *BC, om. Eug.* uiolata $B^2CEug.$, uiolenta B^1 comedit *BEug.*, peregit *C* **482** futurus *Eug.*, -ros *BC* **484** sed (et *Eug.*) mox est corde (corda *B*) *BEug.* mox est a corde *C* **485** partem *Eug.*, patrem *B* **486** di-, gesti *(sic)* turpis habetur *B*, pridem digestio turpis *Eug.* **487** illa puratur *B*, ipsa putatur *Eug.* **488** sola *BEug., om. C* fuerat *BEug.*, erat *C* **489** Os *Eug. codd.*, Hos *BC* aditus *BEug.*, auditus *C et Eug. codd. FP* quam *BC*, tunc *Eug.* recepit *BC*, redegit *Eug.* **490** Lingua sua damali sed *B*, Linguas ut damalis sed *C*, Lingua malisuada sed *Eug.* limina *CEug.*, limana *B*

viderat omnipotens homines didicisse pudorem,
perdiderant quem fraude truci dapibusque comesis,
errantes per prata reos foliisque tegentes
fecundos artus: dant agnita membra reatum,
illicitum fas ante putant licitumque profecto
creditur esse nefas. hos increpat ore tonanti,
sacrilegos quos iura dei calcasse profanant,
dum quaerunt ullas foliis vel rupe latebras,
tunc magis obtunsi, cum credunt posse latere
omnituum quodcunque deum, cui cuncta patescunt,
et merito, quia cuncta facit fecitque iubendo.
non fugit artificem chalybis, quae massa caminos
sustineat, rubigo latens quae viscera ferri
exedat, quae missa semel fornace liquescat;
hic non defossa prodit tellure metalla,
promittit saxis et non de pulvere gemmas;
scit, quibus inmittat mordaces fluctibus hamos,
retibus aut pisces fallat scrutator aquarum,
et male venturas spondet sibi nauta procellas;
si pluvialis hiems aut saxeus urgeat imber,
non latet agricolas; sub terris providus undae

in C: 491. 493

491 homines *C*, -em *B Eug.* didicisse *C Eug.*, ded- *B* **492** Perdiderant *B*, -rat *Eug.* quem *Eug.*, quam *B* comesis *Eug.*, comes sit *B* **493** prata reos *B Eug.*, pratas eas *C* **495** fas ante putant *B*, iustum reputant$_a$ *Eug.* **497** quos *B*, qui *Eug.*, quod *Traube* iura *Eug.*, iure *B* calcasse *B*, calcando *Eug.*, calcata *Peiper* **499** Tunc *B*, Hinc *Eug.* cum *B*, quod *Eug.* credunt *Eug.*, condunt *B* **500** Omnituum *Vollmer*, Omne tuum *B*, Tunc (*addito* creata *post* cuncta) *Eug.* deum *Eug.*, tuum *corr. in* deum *B* **501** cuncta facit fecitque *Eug.*, facit cuncta facitque *B* **502** calibis *B*, calidos *Eug.* quae *Eug.*, quē *B* **504** Exedat *B*, Conrodat (Concordat *F P*) *Eug.* **506** Promittit *B*, -ens *Eug.* **508** aut *B Eug. cod. M, om. F*, et *P*, ut *Skutsch; ego* quibus *ἀπὸ κοινοῦ subaudio* **509** spondet *Eug.*, -ent *B* **511** agricolas *B et Eug. codd. F P*, -lis *Eug. cod. M*

promittit fontes designans ante saporem
inspecta tellure semel, sine fluctibus ullis;
sibila dum reticent necdum serpente probato
praedicit Psyllus vim cuiuscunque veneni;
signa videt mortis medicus reducisque salutis
et negat aut spondet victurum iudice visu
taedia laetitiae vel gaudia luctibus indens.
cur exempla damus homines praescire futura,
cum testante deo doceatur nosse quod instat?
'natio viperea', clamans mortalibus inquit
'signa poli nostis, praedicitis "imminet imber"
et veniet, nec fallit hiems nec tardat adesse'.
ecce genus hominum ventura scire probatur.
nec mirum, Christi si sentit imago futurum,
cum nos venturum moneant animalia muta:
bucula rana sues formicae corvus hirundo
praedicunt pluvias nec clam prasagia fallunt.
quid res exanimes, testas? ardente lucerna
scintillare oleum fungis crescentibus igne?
an deus omnipotens posset nescire latebras
rupis et ex foliis vestis contexta caducis

515 *Isid. orig. 12, 2, 37* ichneumon . . . de quo Dracontius ait: pr. suillus v. c. v. suillus autem a setis est nuncupatus

512 Promittit *Eug.*, Promitet *B* designans *Eug.*, -ant *corr. in* ans *B* ante *B Eug.*, arte *Eug. cod. F*, sate *P* **513** fluctibus *B*, flatibus *Eug. codd.* **515** Praedicit *B Eug. Isidori codd.*, Praecidit *Isidori cod. Wiss.* Psyllus *Morel*, sibilus *B et Eug. cod. P*, siuilus *F*, suillus *M et Isidor.* **516** mortis medicus *B*, med. mortis *Eug.* **518** Taedia *Eug.*, Teda *B* laetitiae *Eug.*, letieie B^1, leticiae B^2 indens *Eug.*, index *B* **519** homines *B*, populi *Eug.* **520** doceatur *B Eug.*, -antur *Arevalo* **521** Natio *Eug.*, Nato *B* clamans *B*, clamat *Eug.* **522** praedicitis *Eug.*, praedictis *B* **526** moneant *Eug.*, -at *B* muta *B*, multa *Eug.* **527** Bucula *B*, Ardea *Eug.* rana sues *Eug.*, ranas ue *B*, rana grues *Arevalo* **528** Praedicunt *Eug.*, -ant *B* clam *B*, iam *Eug.* **530** igne *B*, ignem *Eug.*, imbre *Arevalo* **532** uestis *Eug., om. B*

aspectus obstare? deo tunc voce reatus
crimine femineo semet peccasse fatetur
infelix coniux, in coniuge facta redundat
et reus accusat; sed non purgandus agebat
†sed si participem propter solacia cladis
conscius adscivit socius, ceu femina †dixit
ad scelus horrendum vel saeva piacula mortis.
supplicio sociante duos relevare reatum
credidit infelix, si par sententia damnet,
quos par culpa tenet (gradus illic temporis interest tantum, nam causa ligat communis utrumque).
exsurgit censura dei pietate severa
et vitae mortisque simul sententia fertur.
supplicium infelix, quo mors datur atque negatur,
ultio vitalis cohibetur limite mortis:
poena mori crudelis erat, sed vivere peius.
otia delicias perdunt discuntque labores
qui cultore deo fructum telluris habebant.
agricolam dominum qui non diviserat unquam
(ipse rigator erat, sator altor messor arator)
offendunt hunc ambo pium: truduntur ab horto

---

in C: 535—536. 542. 545. 549—551. 553

---

533 obstare *B Eug.*, obtare *Eug. cod. F*, hebetare *P* deo *B*, dei *Eug.* reatus *(gen.) B*, -um *Eug.* **536** accusat *BC*, exc- *Eug.* sed *B et Eug. codd. FP*, si *C*, se *Eug. cod. M* **537** Sed si *B*, Et sic *Eug.*; Sed sibi *propono*, Sic, si *Bücheler* **538** dixit *B*, dux sit *conieci*, desit *(quasi 'opus sit') Bücheler*, possit (ponit *M*) *Eug.* **539** Ad *Eug.*, At *B* **541** si *B*, sed *Eug.* par *Eug. codd. FP*, pars *B et Eug. codd. MLQ* damnet *B*, -at *Eug.* **542** par *CEug.*, pars *B et Eug. codd. LQ* illic *BEug.*, illi *C* **545** *ut supra CEug.*, Et uita ẽ morsq; simul sententia B^1, *quibus add.* fretda B^2 **546** datur atque *BEug.*, deutraque *Eug. codd. LQZ* **547** Vltio *Eug.*, Vlla *B* **549** Otia *CEug.*, Ora *B* **550** fructum *CEug.*, -us *B* habebant *CEug.*, -at *B* **551** Agricolam *B(sic)C*, -la *Eug.* qui non diuiserat (diuideret *C*) *BC*, quam (quem *M*) nondum uerterat *Eug.* **552** altor *B*, auctor *Eug.* **553** (h)orto *CEug.*, ortu *B*

perpetui floris, nec habet sub iure reorum,
et vitae mors meta datur cum fine malorum.
magna dei pietas, venia qui temperat iras:
vita gravis hominum subciditur impete mortis,
quae recidiva magis conversis corde resurgit.
mors mundanorum requies vel certa laborum
et male viventi praestatur fine salutis:
continuans quodcunque nocet pravumque bonumque.
solus in aeternum deus est regnator et auctor,
virtus trina deus, triplex deus omnis et unus,
de quo speratum conceditur omne benignum,
nec mens quaecunque praesumpsit pura fefellit,
dictorum effectus non desunt tempore eodem,
penes quem sensu praecordia muta loquuntur
et lingua reticente sonat super aethera sermo
ac mens pura deum potius quam lingua precatur.
ergo operis memor ipse sui deus imperat ambos
sedibus egressos placidis dominentur ut orbi
et totum quod mundus habet sub iure tenerent.
ac quod floret humus, viridis quod germinat herba,

in C: 555. 560 *(hic bis)*

554 floris nec habet *B*, flores nec sunt *Eug. cod. M*, floris nec est *FPLQ* **555** meta *B Eug.*, mea *C* **556** uenia *B*, semper *Eug.* **557** subciditur *B*, subducitur *Eug.* **558** recidiua *Eug.*, praec- *B* conuersus (-sis *M*) *B*, uiuaci *Eug.* **559** uel *B*, est *Eug.* certa *B Eug.*, meta *Arevalo* **562** regnator *Eug.*, -tur *B* **563** trina *B*, una *Eug.* triplex *B*, trinus *Eug.* **565** Nec mens quaecunque *Vollmer*, Nec quemcumque mens *B*, Et quaecumque iubet *Eug.* praesumpsit pura *B*, praesumptio nulla *Eug.* fefellit *B et Eug. cod. M*, refellit *Eug. codd. cett.* **566** Victurum (Dictor- *Vollmer*) effectus non desunt *B*, Nec deest effectus (aff- *FP*) faciendi *Eug.* **567** sensu *B et Eug. codd. FP*, sensum *Eug. codd. cett.* praecordia *B*, primordia *Eug.* muta *B*, multa *Eug.* **568** lingua *B*, uoce *Eug.* aethera *Eug.*, terra *B*, aera M^3 **571** placidis *B*, -do (-dos *M*) *Eug.* ut *Eug.*, at *B* **572** Et *B*, Ac *Eug.* **573** Ac *Vollmer*, At *B*, Et *Eug.* germinat *Eug.*, -et *B*

quod spicant messes, quod ramis parturit arbor,
quod gemmant vites, quod amoena comantia frondent,
flumina quod mittunt fontes, quod fluctuat aequor,
quod pelagi trahit unda fretum, quod litora tundit,
murmure quod venti flantes vaga marmora crispant,
quod generant terrae, quod flammae, pontus et aer:
usibus humanis data sunt haec cuncta venire,
ut similis qui factus erat de pulvere Christo
his dominaretur cunctis, sub carne creatis
corpora corporibus servirent cuncta subacta.
spiritus interea servit sine corpore ventus;
ventus agit nubes, in nubila crassior aer
cogitur: hoc imbres veniunt placidumque serenum;
ventus alit fructus et ventus spicat aristas,
ventilat aestivo quas flatu mollior aura;
deflorat fructus et decutit arbore flores;
flatibus accendit flammas et temperat aestus.
flatibus alternis redeunt commercia vitae
itque reditque suos repetendo spiritus haustus
et reduci vento fibrae pulmonis anhelant:
faucibus excurrens it naribus aura vicissim,
vitales animat per membra tepentia sensus
et modo quae gelidis, calidis nunc flatibus ora
illustrata vigent et tangunt flabra palatum.
non haec humanis tantum spiramina membris

574 spicant messes *B*, spica (-at *FP*) messis *Eug.* **576** mittunt *Eug.*, -ant *B* aequor *B et Eug. codd. MLQ*, amnis *Eug. codd. FP* **577** fretum *B*, freti *Eug.* tundit *Arevalo*, -at *B*, -unt *Eug.* **578** uaga marmora *Eug.*, u. murmura *B* **579** *ut supra Eug.*, generat terra quod flaña *B* **585** crassior *Eug.*, -ius *B* **586** hoc *Eug.*, huc *B*, hinc *edd.* **587** alit *Eug.*, ag^{lit} *B* fructus *Eug. codd. FP*, fluctus *B Eug. codd. cett.* **588** Ventilat *Eug.*, -let *B* **589** *ut supra B Eug.; vide ne Drac. dederit* Deflorat flores et d. a. fructus, *cf. tamen Reinwald p. 55 s.* **591** commercia *B*, comitantia *Eug.* **592** Itque reditque *Eug.*, Itaque reditque *B* **594** it *B*, in *Eug.* **595** animat *Eug.*, -me *B* **596** Et modo quae *B*, Atque modo *Eug.* **597** flabra *Eug.*, labia *B*

sunt data, sed cunctis animantibus aura recurrit.
spiritus ille dei, quo corpora cuncta moventur
omnia complectens agitat fovet inserit urget,
unde genus diversa trahunt et semina rerum.
molis ab inmenso venientia fonte perenni
artificis formante manu digesta vomuntur
ordine cuncta suo: manet inrevocabile munus.
nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
quis neget undifluos procedere fontibus amnes,
quorum iam reditus non unquam sperat origo?
incessanter aquas licet evomat impete pleno,
iacturam tamen unda negat sentire fluenti.
omnibus is mos est de flammis tollere flammas
nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
damna aliena solent aliorum lucra parare:
hi quaestus cui damna parant? in fomite? flammae
detractae? cui forte iubar subciditur igni?
nec carnale genus minuit fetura creando;
ecce dedit homini plus quam sibi rex deus auctor:
formantur virtute dei mas unus et una
et multos creat unus homo, mansura propago
maxima fit, generis quam parvula fudit origo.
parva deo fuerant succedere nata, peremptis
ni consumpta daret post saecla resurgere vitae. —
sed ne sit fixum reditus non esse sepultis

611 *adhibetur in epitaphio Hispanico (a. 630 p. Chr.) apud Hübner, inscr. Hisp. christ. 142 (Carm. epigr. 720) in C:* 619

601 conplectens B^2 *Eug.*, conplet/// B^1 **603** Mollis ab *B*, Mobilis *Eug.* uenientia *Vollmer*, tenenda *B*, ueniens et *Eug.* **604** formante *B*, formata *Eug.* uomuntur *B*, mouentur *Eug.* **608** non umquam sperat *B*, numquam sperabit *Eug.* **611** his mos *B*, hic mos *Eug.*, hís mox *lapis* **612** quicquam *B*, umquam *Eug.* **614** cui *B*, non *Eug.* **615** igni *B*, ignis *Eug.* **617** plus quam *Eug.*, linguam plus *B* **618** Formantur *B*, -atur *Eug.* **619** multos *B Eug.*, malos *C* **620** fudit *B*, fundit *Eug. codd.* **621** fuerant s. nata *B*, fuerat s. cura *Eug.* **623** ne sit *Eug., item in B, sed partim oblitae*

cordibus illorum, qui legis sancta profanant,
annua conspiciant agris frumenta renasci
mortua per sulcos terram findentis aratri.
maior et ex truncis surgit radicibus arbor
et foliis vestita viret redeuntibus annis.
pampinus uviferae vitis sarmenta revestit
et gemmata rosis redeunt virgulta ruboris:
ambrosio reduces rumpunt de cortice fructus,
quis est vita fugax et par cum flore senectus;
fit rediviva virens et crinibus herba renatis,
ligna renascentur reduci sub germine cuncta:
quae nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.
squameus exuitur stellato tegmine serpens:
pelle renascenti rursus redeunte iuventa
reptat hians anguis per sibila guttura pandens.
frontibus arboreis amittunt cornua cervi,
anguibus assumptis sed mox palmata resurgunt.
aerias enudat aves iam penna vetusta
et nova subvestit reparatas pluma volucres.
mortua praeterea caecorum lumina dudum
nube tenebrarum discussa, luce recepta
ad visus rediere suos vultusque sepulti
nocturnos perpessa dies oculatur imago;
mortua pars hominis quotiens, pars viva iacebat,
funera viva gemens, vivax in morte cadaver

---

627 truncis (-ci M^2Z) *Eug.*, trucis *B* **628** annis *Eug.*, arbor *B* **629** ubi fere *B*, uvifera *Eug.* sarmenta *Eug.*, arm- *B* **630** gemmata rosis *B*, gemma (gemina *LZ*) rosei *Eug.* **631** rumpunt de *B*, rumpuntur *Eug.* **632** Quis *B*, Cui *Eug. codd. MLQ*, Cuius *FP* par cum flore *Eug.*, pa////lore *(mediae oblitae) B* **633** uirens *Eug.*, florens *B* **634** renascentur *B*, -untur *Eug.* **638** pandens *Eug.*, pendens *B* **639** Frontibus (Frond- *MF*) *Eug.*, Fontibus *B* **640** Anguibus *Eug.*, Vng- *B* **641** *ut supra B*, Aeriae nudantur aues cum p. u. est *Eug.* **642** noua *Eug.*, nouo *B* **645** rediere *B*, redire *Eug. codd.* **648** Funera *Eug.*, -rea *B* gemens *B*, gerens *Eug.*

ac sine morte tamen vitali in morte peremptа?
et rediviva salus reduci per membra vapore
nascitur et calidus repetit vitalia sensus
ossa tenens venasque ciens udansque medullas.
Phoenicis exactam renovat deus igne iuventam
exustusque senex tumulo procedit adultus:
consumens dat membra rogus sine sorte sepulcri.
ignibus extinctis iam mortua flamma resurgit,
redditur ignis edax redivivo lumine candens
et scintilla volans incendia vasta reducit
et quod fumus erat, stridet iubar ignis anheli;
igne vago rutilatur apex, fax aera lambit
et cinis extinctus gelida moriente favilla
tollitur alta petens, erecto crine vagatus.
mortua nox sub luce cadit, perit aurea luna
atque per ascensus et cornua colligit ignes
et dum caeca latet, reparato lumine fulget
mentiturque diem lux frigida, solis imago.
lucifero redeunte polo moriuntur et astra:
nuntius aurorae subductus morte diurna
lucifer extinctas reficit per sidera flammas
et nocturnus eques iubar emicat igne corusco.
roscida puniceum spargens aurora ruborem
ducit ubique diem periturum noctis ab umbris
et tamen haec de sole perit, quo missa rubebat.
sol, oculus caeli, famulus super astra tonantis,

---

649 in *B, om. Eug.* **652** udasq; *B,* sudansque *Eug. codd.* **653** exactam (exaustam *F*) *Eug.,* exacta me *B* **654** Extus senes *B,* Combustusq; senes *Eug.* **657** rediuiuo *Eug.,* diuino *B* **660** aera *B,* aethera (cetera *codd.*) *Eug.* **661** s. *sic uno uersu Eug.:* Et caelum repetens erecto crine uagatur **663** cadit *Eug.,* cadet *B et Eug. cod. M* **664** ascensus *B Eug.,* accessus *Arevalo* **665** caeca *Eug.,* cẹlo *B* **670** Et nocet unus (noctunus *sic* B^2) eques *B,* Exhinc nocturnus *Eug.* **673** hęc *B Eug.,* hoc *Eug. codd. F P* quo missa *Eug.,* comissa *B* **674** Sol oculus *Eug.,* Sola cuius *B*

cuius ab immensis languescant sidera flammis,
ni gelidis animentur aquis per caerula ponti,
occidit; ipse dies super aequora sole cadente
aequore mersus abit, novus aequore mane resurgit:
vespere nocturno radiata luce rubentem
purpureis attollit aquis, redditque diurne
depositum natura suum sub nocte sepultum,
mane resurgentem, de fluctibus orbe refecto. —
tot simul exemplis moniti defuncta renasci
credamus virtute dei, qua cuncta creavit
et generata vigent sub nutritore tonante,
qui cum regna poli teneat stellantis et alti,
aera concludit, terram levat, aequora solvit
et totum capit una manus, quod sermo creavit
munus ubique dei, dum iussio rumperet una.
qui tantum pius est, quantum decet omnipotentem,
et nulla virtute minor nisi verberis ira,
sed voto, nam sponte bonus pietatis amore;
quem mens pura iuvat hominum, non victima supplex,
aut si paeniteat sceleris mala vota reorum
et nova succedant animorum corda piorum.
ille etenim deus est, quem nulla traxit origo,
cuius ab aspectu montes et saxa fluescunt

---

in C: 696—697.

---

675 languescant *Arevalo*, -unt *B Eug.* **677** Occidit *Eug.*, -det *B* cadente *Eug.*, candenti *B* **678** abit *B*, ouit *vel* obit *Eug. codd. praeter* M^1 (*hic* uuit *i.* abit) **679** hunc radiata luce *Eug.*, radiat ulixe *B* **680** attollit *B*, abscondit *Eug.* **681** natura *Eug.*, mat- *B* **682** refecto *B*, recepto *Eug.* **684** *habet Eug., om. B* **686** poli *Eug.*, celi *B* **689** Munus ubique ⟨dei *add.* M^3⟩ *B*, Vnus ubique deus *Eug.* **692** uoto nam *B*, uotis et *Eug.* pietatis *B*, pietate et *Eug.* amore *Eug*, -rẽ *B*, -re est *Peiper* **694** Aut si *B*, Vt se (Ad se F^1) *Eug.* peniteat *B*, -ant *Eug.* **695** succedant *Eug.*, succendant *B* **696** etenim *C Eug.*, enim *B* quem *B Eug., om. C* traxit *B C*, retardat *Eug.*

in cineres et pulvis erit quae dura rigebat;
qui visa tellure semel mox pondera mundi
concutit et subitum monstrat vaga terra tremorem
ac formidatos ostendit pendula motus.
alveus expavit violento vertice torrens,
dum reduces sentiret aquas et sisteret amnes.
visa dei facies et marmora glauca fugaret
gurgitis aequorei, quo mundus cingitur omnis,
et pelago spatiante fretis ac litoris aestu.
qui de thesauris ventorum flamina mittit
et frenat rapidas in tempestate procellas,
grandinis atque nivis venientis quae sit origo;
qui dat fulmineos conlisis nubibus ignes;
qui saxis abscondit aquas et condidit ignes;
qui scit, quo nitidus crystallus ventre creatus,
candida materies, glacies imitatur aquarum;
qui noctes hiemis producit sole minore
et solis protendit iter flammantibus horis;
qui lunae saltus statuit solique labores;
qui rosulis stellare nemus vel floribus agros

---

in C: 699—700. 702—703. 707—708. 711. 714—715

---

698 quę *B*, quem *Eug.* rigebat (-bant *Peiper*) *B*, ligabant *Eug.* **699** semel *BC*, simul *Eug. codd.* **700** et *CEug.*, *om. B* subitum *BC*, -to *Eug.* uaga terra *BEug.*, nouae terrae *C* tremorem *CEug.*, -re *B* **702** uiolento (-te *C*) *BC et Eug. cod. M*, uiolato *Eug. codd. cett.* torrens *BC*, turgens *Eug.* **703** et sisteret *CEug.*, existeret *B* amnes *BC*, -nem *Eug.* **704** marmora glauca *Eug.*, marmoras lauca *B* **706** aestu *Eug.*, ęstus *B* **707** de t(h)esauris *CEug.*, ⟨d&ēs⟩aur' ⟨*inclusas scripsit* B^2⟩ *B* flamina *Eug.*, flāmina *C*, flāma *B* **708** rapidas *BC et Eug. codd. LQ*, rab- *Eug. codd. cett.* **709** uenientis *B*, qui nouit *Eug.* **710** *dat Eug., om. B* **711** saxis *BC*, laxas (latas *M*) *Eug.* condidit *B*, prodidit *C*, continet *Eug.* ignes *BC*, imbres *Eug.* **712** creatus *B et Eug. cod. M*, -tur *Eug. codd. cett.* **716** Qui *Eug.*, Qua *B* lunę *B*, phoebi *Eug.* solique *B*, lunaeque *Eug.* **717** rosulis B^2*Eug.*, rosilis B^1 stellare *Eug.*, stillare *B*

imperat; autumni cui dulcia poma saporant
et fragiles gemmae variant in vitibus uvas,
ut cibus et potus sint ubera dulcia musti;
qui dat corvorum pullis alimenta facitque
noverit ut vultur, qua sit regione cadaver,
dux odor atque sagax quem mox invitat ad escam,
praepetis aut aquilae senio renovare iuventam,
quae rostro crescente famem tolerabat adunco;
qui pascit quodcunque creat pietate parentis,
vitae certa salus per mille pericula mortis,
debilibus virtus, opulentia maior egenis,
auxilium miseris, spes et defensio pressis,
fessorum virtus, dans nutrimenta salutis;
qui facit aeternam mortalia lege latenti
membra tegant animam vento spirante loquaci;
qui lunae crescente globo iubet aequora crescant,
fluctibus adiectis crescant cum fontibus amnes,
crescat et inclusum capiti genus omne cerebri
et minuantur aquae luna minuente liquentes
vel decrescente decrescant lege perenni;
qui reges et regna domat sternitque potentes,
deicit elatos et mergit ab arce superbos
atque oppressores deus opprimit et pius ultor

in C: 733—736. 738—739

718 cui *Vollmer,* qui *B Eug.* saporant *B,* -at *Eug.* **719** gemmę *B,* gemmis (hiemis *LQZ*) *Eug.* uariant *B,* -at *Eug.* uuas *Eug.,* uuę *B* **721** *dat Eug., om. B* **722** ut *Eug.,* et *B* **724** renouare *B Eug.; pendet a* facitque **725** crescente *Eug.,* -tē *B* adunco *B,* abunco (obunco *M?*) *Eug. codd.* **727** Vitae *Eug.,* Vita *B* **731** aeternam ut *Eug.,* ęterna *B* **732** animam *Eug.,* -um *B* **734** adiectis *C Eug.,* abi- *B et Eug. codd. FP* crescant *C Eug.,* -unt *B* **735** et B^1C *Eug.,* te B^2 *mire* capiti *Eug. cod. Z,* capitis *C,* capitur *B,* capite *Eug.* **736** liquentes *BC,* liquores *Eug.* **737** Vel *Vollmer,* Vt *B,* Ac *Eug.* **738** reges *C Eug.,* -is *B* **740** pius *Eug.,* prius *B et Eug. codd. MP*

elevat elisos et consolatur adactos
luctibus et damnis et vulnera saeva dolentes.
et nobis vexata salus, pietate medelam
inpendes cui, sancte, tua, medicamine nullo
quod species terrena parat, sermonis at aestu
spes hominum intendens et vota precantia complens.
aspice despectum, deiectum attolle parumper
confusumque iuva, quia paenitet esse nocentem,
ut valeam memorare tuas hoc carmine laudes,
quas potero (nam nemo valet narrare creatus
vel modicum facientis opus), quod mens rea clamat
pectore contuso lacrimans et voce fideli;
obses sermo tuus nostro nam corde tenetur,
quo te promittis nimia pietate parentem.

LIBER II

Omnipotens aeterne deus, fons auctor origo
inventor genitor nutritor rector amator
cunctorum quae mundus habet, quae celsa polorum,
quae caeli secreta tegunt produntque parumper,
sidereus quod ab axe globus super astra rotatur,
pendula quod tremula vibrant face sidera flammas

---

in C: 741. 746—750; *in A:* II 1—6

---

741 adactos *CEug.*, ab actos *B* **743** Et nouis uexata salus *B*, Tu (Tunc *M*) nobis inuicte deus *Eug.* **744** Inpendes *Vollmer*, -dis *BEug.* sc̃e *B*, sc̃a (cuncta *FP*) *Eug.* tua *Vollmer*, tuam *B*, salus *Eug.* nullo *B*, nullo est *Eug.* **745** sermonis *B*, languoris *Eug.* ad estu *B*, ad aestus (etus *LQ*) *Eug.*; *temptaveram* adactu *vel* adortu, *nunc sufficere puto* at aestu *scil. sermonis tui (cf. etiam Reinwald p. 93)* **747** despectum deiectum *C*, dei. desp. *BEug., sed in B man. 1 punctis ordinem mutavit; vix recte iudicat Reinwald p. 56* attolle *BC*, tolle *Eug.* **748** Confusumque *B*, Confessumque *Eug.*, Conatusque *C* quia *BC*, quem *Eug.* **751** facientis opus *Eug.*, facie litis oplis *B*

LIBER II **3** quę *B*, quē *A* **6** uibrant *A*, -at *B*

et stellae sub luce latent, sub nocte refulgent,
nuntius aurorae quod lucifer emicat ardens,
ut fugat astra poli, fugiturus lucis habenas,
quod calor est solis, quo splendet frigida luna
partita cum fratre vice sua tempora lustrans,
ne simul invadant mundum sine luce tenebrae
credaturque chaos spatio sub noctis adesse,
quod tu cum faceres mundum virtute negasti —
tu deus inspiras, ut sol auriga vocetur,
non quia vectus equis est quattuor axe rotato,
sed quia praefectus sol quattuor est elementis,
quattuor alternat sollers auriga colores;
permutat iussus sol tempora quattuor anni,
non ausus transire vices sub lege perenni
praefixas dicione tua; non ille vapores
auget sponte sua, medios nec temperat ignes
aut gelidum dat forte iubar nisi praeduce iussu
imperii per saecla tui sine fine manentis:
militia famulante sua servire fidelis
oceano, mundo vel caelo teste probatur.
sic opus omne tuum visibile non latet orbem.
te, deus, auctorem, te novimus omnia patrem,
te pariter dominum, qui das exordia rebus
et finem, sine fine parens exordia nescis,
spes hominum, rerum princeps mundique superstes.
sanctus ubique tuus complectitur omnia, princeps,
spiritus inmensam penetrans per saecula molem:

---

in A: 7—33

---

8 aurorę M^2, auctore *A B* **9** fugat *B*, fugiat *A* **10** quo *A B*, quod *Arevalo non recte* **11** fratre *A*, patre *B* uice *Grosse*, uices *A B* **14** Quod *A*, Quo *B* tu *Arevalo*, tua *A B* negasti *A*, nec astu *B* **16** uectus *A*, uetus *B* axe *B*, axa *A* **17** quia *Arevalo*, qui *A B* sol quatuor est *A*, q. est sol *B* elimentis *B*, -ti *A* **20** uices *B*, uias *A* **25** sua *A*, suas *B* **28** nouimus *A*, nōis (*i.* nominis) *B* **30** nescis *A*, -it *B* **32** *dant A* B^2, *om.* B^1

nam quasi aer fusus sic omnia contegit implens,
singula non partim, generaliter omnia nutrit,
totus ubique iuvans et totus ubique ministrans.
quae vibrans natura dedit, quaecunque creantur
aut generata valent, haec spiritus inserit almus:
corporeos artus fovet erigit urget et auget,
continuanda manent et succidenda labuntur;
omnibus insidet, penetrat caput ossa medullas,
pectora cor sensus animam praecordia mentem
illustrat, venas oculos et viscera replet.
quidve latet, quem cuncta gerunt, quo cuncta reguntur,
temporis et spatii quem spiritus omnis et ignis
laudat et aeternum venerantur cuncta parentem?
nec caeli secreta vacant, quae spiritus auctor
non habeat virtute tua, quae solis in orbem
lunaresque amplexa globos dominatur agitque,
quicquid habet pietatis opus simul †ubi orbis;
qui nihil est, nisi lege tua servetur in aevum:
circulus haerebit, nisi iusseris ire meantem,
et stellatus honos; mox sphaera volubilis haeret
ac mittent elementa vices per circla morantes
et cadet ante diem sublimis machina rerum;
sed tu lege tua retines, qua cuncta coerces.
nam quis stare queat contra tua iura reluctans?

in C: 36. 57; *in A:* 34—46

34 aer fusus *AB*, fusus aer *VRU* **36** Totus *AC*, Tectus *B* **37** uibrans *A*, uibrax *B*, *possis* vivax **38** inserit *A*, ingerit *B* **40** Continuanda *A*, -enda *B* **41** Omnibus *Vollmer*, Mentibus *AB* caput *A*, caꝑ *B* **44** Quidue latet *A*, Quid letat *B* **45** ignis *B*, ignis *corr. in* -nes *A* **48** uirtute tua M^2, -tem tuam *B* solis *Arevalo*, solus *B* **50** simul ubi orbis *B*, s. orbis ubique *Glaeser*, s. ambitus orbis *Vollmer* **52** tonantem *corr. in* me- B^1 **53** stellatus *M*, still- *B* mox sphaera *Arevalo*, moxifera *B* heret *B*, erret *Glaeser* **54** mitent B^1, mittent B^2, mutent *M* **56** tu *Arevalo*, te *B* coherces M^2, coheres *B* **57** Nam quis *B*, Deus qui *C* iura *B*, iussa *C*

aut tibi quis reputet, si perdere iusseris orbem,
quem ipse repente iubens solo sermone creasti?
quo libuit genuisse deum ante omnia Christum,
semine quem verbo conceptum corde ferebas,
quo sine non unquam fuerat mens sancta parentis,
multa profunda potens sollers pia provida perpes
simplex celsa levis vibrans inmensa serena
vivida cunctiparens mens innumerabilis una.
ergo deum deus auctor ovans eructuat ore.
corde sacer genitus mox constitit ipse parenti,
et consors cum patre manens, et spiritus unus,
trina mente deus, deus auctor, temporis expers,
multiplici virtute potens, pietate modestus
innumera, caelis elementis fluctibus astris
inpendens, ut stare queant, famulanter adorent,
angelica dicione preces sine fine canentes.
omnibus his praestat dilato fine manere,
ut vigeant homines pisces armenta volucres
et pecus atque ferae, quicquid natura creavit.
nam quid, ad innumeros diversi sanguinis ortus
qui nasci dignatus homo est? membratur in alvo
sanguine femineo concretus spiritus almus
fitque deus post templa poli sub carne figura
passibilis, mortalis homo sine fine perennis.
et tenuis per cuncta vapor iam mollior igni

---

in A: 66—82

---

59 iubens M^2, iubeas *B* **60** ante *B*, ante haec *Arevalo*, *an* te ante? **62** Quo sine M^2, Quos me *B* **63** ppes *B*, p̃pes M^2 **64** uibrans M^2, -at *B* **65** mens innumerabilis *B*, immensurabilis *Arevalo* **66** *ut supra A*, Ergo deum deus ouans eructuat ore suo auctor *B* **72** queant *A*, queat *B* famulanter *A*, -entur *B* **73** dicione *A*, des ne *B* canentes *A*, car- *B* **74** his *B*, his enim *A* **75** Vt *A*, Et *B* uigeant *B*, fugeant *A* **76** natura *B*, -rę *A* **77** Nam *Vollmer*, Num *A B* **78** est *A*, *om. B* aluo *Arevalo*, aluum *A B* **80** poli *B*, populi *A*

inrepsit tenerumque parat per viscera corpus.
induitur compage deus, structura ligatur
ossibus et nervis, pinguescunt intro medullae,
hinc cruor, hinc humor, solidatur musculus omnis
et caro plasmatur. qui sanctus spiritus illic
egerit, ipse potens novit, qui cuncta creavit;
qualiter aure deus, verbo fetante marito,
virgineos intrasse sinus dignatur et alvum
terrarum caelique capax anhelantis et ignis,
aeris et pelagi, sed non capiendus ab isdem,
claustra puerperii passus sub lege creandi
vel quaecunque subit diversi temporis aetas.
haec fragilis humana iacens natura meretur
de pietate sua, qua non vult perdere mundum,
quem fecit sanxitque regens per saecla manere. —
'ergo ubi corporeos artus dominator et auctor
induit, et caelum patri servire reliquit,
ut putat —?' insipiens omnis rationis egenus;
nam quicunque sapit, novit, quia sic tulit artus
et fuit in terris, ut nec caeleste tribunal
linqueret, omnipotens nunquam sine patre probatus,
nam pius et genitor nunquam sine pignore dictus,
spiritus inmensus sanctus bonus arbiter index,
tertius unus idem, primus mediusque perennis.
ast ubi terrenum sumpsit cum corpore pondus
inmortale genus, mortalia dura subivit,
ut posset monstrare deum, quia lumina carnis

in A: 83—97. 101—106

85 intro *A*, int' (*i.* intus) *B* **87** qui M^2, his qui *AB*, quid *Arevalo* sc̄s sp̄s *B*, sp̄s sc̄s *A* **88** nouit *A*, notuit *B* **89** foetantet *A*, fetente *B* **90** intrasse *B*, intra se *A* **92** hisdem *AB* **93** puerperii *B*, -rei *A* **94** subit AB^1, -iit B^2 *mire* diuersi *B*, -so *A* ętas *A*, ęstas *B* **95** fragilis *B*, -li *A* **96** sua *Arevalo*, tua *AB* **99** reliquit M^2, -linq- *B* **100** Vt putat *B*, *scil. Arrius* **105** sc̄s *B*, sp̄s *A* **108** subiuit *M*, -bit *B*

non nisi corpoream possent spectare figuram.
nam quaecunque daret princeps miracula carni,
sanctis haec homines eventibus acta putarent.
addo quod humanis vitium est generale catervis,
hoc credant, quod visus habet, spernantque relata.
credimus inde deum mundo venisse videndum,
ut faceret virtutis opus per mille catervas.
mentibus obsessis insana clade furoris,
spiritus inpatiens animas quascunque gravabat,
tabe fluens quaecunque cutis madefacta rubebat,
ossibus et nervis resoluta carne retectis
praestatur de clade salus: reparare sepultos
novit et exanimes iterum revocare saluti.
ipse oculos gemmare iubet sub fronte micantes
ignotumque diem mirantur nosse tenebrae,
quem simul ex utero matris natura negarat.
mortua pars hominis, pars altera viva iacebat
usque dei iussus; post sanus et integer omnis
redditur atque vapor vitalis in ossa cucurrit.
quod de parte viri fecit, de corpore toto
praestitit, orba parens fleret cum funera nati.
nec semel ista dedit, nam ut sit sibi virgo superstes
imperat, exurgit vel Lazarus ante sepultus,
quattuor exemptus transacta luce dierum.
†sanguis insolitis solitus decurrere sanguis

---

in A: 115—134

---

110 corpoream M^2, -eum *B* **112** Sanctis *Arevalo*, Sc̃s *B* euentibus acta putaret (-ent M^3) M^2, acta putar& euentib9 *B* **113** Addo *B*, Adde *Arevalo* cateruis *Arevalo*, catenis *B* **116** uirtutis *B*, -tes *A* cateruas *A*, cat̃nas *B* **119** quecunque *A*, quac- *B* **120** &soluta *corr. in* resoluta B^1, resolutaque *A* **123** iubet *A*, *om. B* **124** Ignotumque *A*, Ignitumque *B* **125** negarat *A*, -uit *B* **126** altera *A B*^{2}, -ri B^1 **127** iussus *Vollmer*, uisus *A B* **130** *ut supra A*, parens lerec' (t *supra* c *add.* B^2) fine renati *B* **131** nam ut sibi *A*, nam ut sit *B* **133** exemptus *Arevalo*, -tis *A B* **134** Sanguis *A B;*

de muliere perit, dempto simul amne cruoris.
corripit hic febres, ventos conpescit in undis,
per quas Christus iter Petro veniente peregit,
cum miraretur stringi natura liquorem
fluctibus aequoreis domini sub pondere victis.
vertit aquas, ut vina fluant, mirabile donum:
pocula sunt latices et fluminis ebriat unda.
copia panis abest et copia panis abundat.
milia virtutum sunt admiranda; sed ut quid
miremur dominum tantum potuisse polorum,
discipuli famulique sui cum tanta per orbem
gentibus innumeris omnes fecisse legantur,
advena sermo fidem cum spargeret ore piorum
et simul indociles docilesque audire moneret
supplicium post grande crucis reditumque supernae
lucis ad aethereos tractus thronumque parentis
caelestis, veniens cum linguas funderet ignis
spiritus, alme, tuus, nostro commercia mundo
consona dissimili infundens sermone beatis.
tu deus es, quem terra tremit, quem mundus adorat:
te mandante pluunt nubes et ab imbre coruscant,
te mandante poli post nubila maesta serenant.
surgere tu ventos et crescere turbine facto
praecipis, ut rapidae perturbent cuncta procellae

---

in C: 154—155. 157—159; *in A:* 135—146. 154—159

Fluctibus *vel* Mensibus *conieci* insolitis *AB*, -ti M^3 decurrere *A*, disc- *B* Sanguinis insoliti s. disc. fluxus *Arevalo*
136 undis *B*, undas *A* **147** Aduena *Vollmer*, //bena B^1, *in rasura imitando depinxit litteras quasi* Vt B^2, *quae in marg. addidit* r cum spargeret *Peiper*, consp- *B* **148** moneret M^2, -re *B* **149** reditumque supernae *Arevalo*, redditurũq; supna *B* **152** Sp̃s M^2, Sc̃s *B* **153** Consona *Arevalo*, Cũ sola *B*
154 Tu deus es *AC*, Tu es deus *B* **155** pluunt *AB*, pluent *C* imbre *AB*, igne *C; at cf. 419* **156** *post* **155** *habent AB; transposui post v.* **160**; *non obstat C* **158** facto *AB*, facis *C*
159 rapidę *B*, rabide *AC* perturbent *BC*, -ant *A*

et mare caeruleum rapiant super aethera nimbi
fluctibus assumptis pelagi sub sidera caeli;
tu rursus reprimis flatus recidentibus euris
et mare purpureum tranquillo marmore tendis,
ut post ima freti ludant super aequora pisces,
horrida monstra natent et belua gestiat ingens.
hoc est nempe fretum, quod se divisit et haesit
in partes hinc ⟨inde⟩ duas, cum turba piorum
impia regna fugit, Moseo principe gentis;
rursus aquae reduces repetunt loca prisca fluentis,
cum fugitiva manus de fluctibus omnis abesset.
tunc demersus obit populus, qui saeva parabat
Israelitarum plebi, quae facta superstes
vindice naufragio: tali sub clade doletur,
qui fuit ante metus; mox libera turba tonantis
mutatum miratur iter: via prisca salutis
semita mortis erat nec servans membra sepulcro.
Africus interea motus virtute iubentis
inlaesurus adest, nulla comitante procella,
delicias portare parans novus ingruit imber,
innumeras dat nimbus aves, datur esca polorum,
angelica de parte cibus, sitientibus autem
flumina petra dedit nullo fodiente ligone.
et ne plura loquar, tua sunt quaecunque videntur
vel quae nemo videt; tibi debent omnia quod sunt,
tu tamen ipse quod es nulli debere probaris
et quasi qui debes sic omnibus omnia reddis.

in C: 161; *in A:* 160—162

161 recidentibus *BC*, reced- *A* **164** natent M^2, narent *B* gestiat M^2, gestitat *B* **166** inde *add.* M^3, *om. B* **168** aquae *Arevalo*, atque *B* **170** dimersus obiit *B* **174** Mutatum miratur iter *Arevalo*, Miratur mutatum inter (itiner *Peiper*) *B* **175** seruans *M*, -ens *B* **177** Illesurus *sic B* **178** parans *ex* iubens *corr.* B^1 **179** aves *Arevalo*, apes *B* esca polorum *M*, ursa polorum B^1, sca pulorum B^2 *mire* **185** debes *B*, debet *Arevalo*

est tibi cura, deus, de quicquid ubique creasti;
ne tantum succumbat opus, stat cura minorum
et speciale iubes tam quam generale tueri.
sic fit mater humus, qua germina cuncta creantur,
sic mare velivolum mercator nauta vagatur
telluremque novam circumspicit impiger hospes
et complexus amat non cognitus advena cives.
foedere concordi, quia vis, elementa tenentur
tam longa conexa mora, sic iuncta ligantur,
ut disiuncta tamen concordi lite probentur.
si disiuncta fiant, solvetur machina rerum,
si coniuncta forent, omnis natura periret.
tu, deus omnipotens, nosti, quod feceris orbem
semine, quo caelos, solem lunamque creasti
vel caeli quaecunque gerunt, unde esse dedisti
ex nihilo simul; esse tamen diversa putamus.
ad nihilum reditura iterum sunt omnia, cum tu
iusseris esse chaos, solus mansure superstes,
angelicas animasque subis, adorande catervis.
qualiter ergo labor nullus fuit ante iubendo,
omnia cum fierent, sic nec labor ullus erit iam,
iusseris ut finem, cum plurima saecula norint.
te seraphim cherubimque deum dominumque precantur,
te chorus angelicus, laudans exercitus, orat,

---

in C: 198—199. 204 (*hic infra inter* 217 *et* 218). 208—209; *in A:* 208—209

---

186 quidquid M^2, quid quod *B* **187** Ne M^3, Nec *B* **188** tamq̊ *B*, *discerpsi* **189** fit B^2, sit B^1 **192** cognitus M^2, -tos *B* **193** vis *Arevalo*, bis *B* **196** fiant *B*, forent M^3 **198**s. *sic dat C:* Tu deus omnipotens solus qui cuncta creasti quod *B*, quo *Arevalo* **202** iterum sunt omnia M^2, sunt o. i. *B* **204** Angelicas animasque *B*, -cis animisque *C* subis *Vollmer*, suis *B*, piis *C*, super *Bücheler* adorande *B*, -te *C* **208** *ut supra, sed* seraphin cherubinque *B*, Te cherubim seraphim dominumque deumque *AC* **209** angelicus *BC*, -ci *A* laudans *C*, -ant *AB*

thronus et incessans humili te voce precatur;
agmina te astrorum, te signa et sidera laudant
auctorem confessa suum, te fulmen adorat,
te tonitrus hiemesque tremunt, te grando procellae,
te glacies nimbique pavent, te spiritus omnis
personat, imber hiems pelagus nix frigus et aestas.
te tellus fecunda vocat, te suspicit aer,
unda super caelos tibi supplicat et polus omnis,
flumina te metuunt, te fontes stagna paludes
voce sua laudant, te nubila crassa coruscant,
te lux alba dies, te nox obscura tenebris,
te bona temperies, te tempora cuncta precantur,
ver aestas autumnus hiems redeuntibus annis.
per te fetat humus, per te, deus, herba virescit,
frondescunt silvae, spirat flos, germinat arbor;
messis aristatas acuit per culmina fruges,
palmite gemmato post pampinus admovet uvas
et nunquam caritura comis pinguescit oliva.
te fera, te pisces pecudes armenta volucres
turba cerastarum laudat, genus omne veneni
sibilat ore fero, lingua vibrante trisulca,
et tibi quicquid habet reputans debere fatetur.

---

in C: 210—214. 216—219. 221—223. 235—238; *in A:* 210—224

---

210 Thronus *B*, Pronus *AC* et incessans *AC*, in excessans *B* humili te *AB*, humilitate *C* precatur *A*, -antur *BC* **212** fulmen *BC*, flumen *A* **213** hiemesque *B*, hiempsque *A*, hiemps *C* **214** pauent te *AB*, fauente *C* **215** *ut supra, at* frigus et astra *B*, Persona thimber et aestas hiemps pelagus nix frigus *A* **216** suspicit *B*, suscipit *A*, suscitat *C* **217** Vnda *BC*, Vnde *A* **218** te fontes stagna *AB*, fontes stagnaque *C* **220** dies *AB*, die *Skutsch* **221** te *AB*, et *C* **225—233** *post* **261** *posui; non obsunt aut C aut A* **235** gemmato *Arevalo*, -tū *B*, -tū et *C* admouet *B*, -net *C* **236** *ut supra B*, caritura *(spatium 5 litterarum)* foliis frondescit *C* **237** pisces *M*, pisces et *B* Te laudant fere pisces pecudes *C* **238** cerastarum *B*, terrarum // *C* ueneni *B*, ueni *C*

auctorem vitae gaudet stridore minaci
materies laudare necis poterasque, creator,
non angues, non omne nocens permittere nasci,
ut vitas hominum tantum mors una tulisset.
sed nos quoque rei cognoscimus omnia, quae res
fecerit ista dari: data sunt per crimina nostra,
quod praecepta dei passim contemnimus omnes.
nec modo peccatum, subrepsit moribus olim:
olim primus homo transcendit iussa tonantis,
ingratus, quia factus erat caelestis imago,
iura potestatis retinens super omnia solus
et semper, nisi iussa dei contemneret audax.
mox quod factus erat, nullo peccante creatus
peccavit. quid nos miseri de crimine nati?
principio nostrae peccator originis auctor
damnatur sub lege necis vel clade perenni.
continuat nobis similis, heu, poena manere,
nec similis nos culpa tenet: semel incidit ille
una lege reus, nos multis legibus error
contemptis retinet captivos sorte reatus.
cur non debuimus sortis peiora mereri,
quos peccatorum retinent tot milia vinctos?
illud praetereo, quod parvi pendimus omnes,
quod caelo tellure fretis atque aere toto,
ignibus aethereis et lumine dignior omni
est homo, quem libuit per se formare tonantem.
nam diversa dei solo sermone creantur:

---

242 necis M^2, nescis B **245** quae res M, queres B **247** passim M^2, -um B **251** solus M^2, -los B **253** quod B, quam *Arevalo; possis* cum *vel* qui **255** nostrae *loco rasurae add. in marg.* B^2 origi$\overset{n}{}$is B^1 **256** necis M^2, nescit B **257** Continuat *Vollmer*, Continet B; Contigit ut . . . maneret *Arevalo* **259** error *Arevalo*, heros B **260** reatus *Arevalo*, -tis B **261** sortis *Vollmer*, -tes B, sontes *Arevalo* **225** vinctos *Glaeser*, uinclos B **226** praetereo *Arevalo*, -rea B **228** lumine *Peiper*, lunę B

illic iussor erat, nos autem operarius aptat.
addo, quod innumerae pestes mortale minantes
membrorum de parte sua dant saepe salutem.
vipera quid praestet cauda et cervice recisa,
quid serpens maculosa iuvet, medicina fatetur,
aspidis obliquae quid pinguia membra medantur,
informes ursi, fulvus leo, quid lupus audax.
et quodcunque malum vindex natura creavit,
miscuit optandam dira cum morte salutem.
quid? quod mortiferis animalibus induit auctor,
ut sentire queant: reddant sectantibus iras
et prorsus non sint non se †videntibus hostes?
non pudet hoc homines? gens inportuna probamur
iustitiam retinente fera; pro dedecus ingens!
anguis agit ignarus opus, nos inproba turba,
quid nos? iustitiam noscentes temnimus actu
plectibili. 'at veniam ignorantia iure meretur,
forte sit et nobis haec excusatio certa.'
ne furtim noceant, angues quaeruntur in herba;
quaerimus inmites et per deserta leones,
ne gregibus sparsis vastent cultoribus agros;
sectatur venator aprum, cui retia figit,
vinea ne pereat sub morsu dentis adunci.
cervus ut occumbat (quaerit medicina medullas):
quid nocuit per rura lepus, quid damma vel hircus?
quos medicina iubet haec ut capiantur ad usus,
ut sub fraude cadant venantum aut ante molossos?

---

231 iussor erat M^3, ussor eat B aptat M^2, -tet B **233** Membrorum M^2, -brũ B **263** iub(et) B fatetur M, -cetur B **264** medantur *sic* B, -entur M^2 **269** iras M^3, hircas B **270** Et B, *an* At? seui dentibus B, se laedentibus *Traube*, se invadentibus *Bücheler* **273** ignarus *Arevalo*, ranis B **275** at *Vollmer*, et B monetur B^1 **276** excuracio B **277** Ne *Arevalo*, Nec B herba *Peiper*, -bas B, -bis *Arevalo* **279** sparsis *Arevalo*, passis B **280** Sectatur *Arevalo*, Nectator B **281** Vinea M^3, Venea B **283** per rura *Arevalo*, pessura B **285** venantum aut ante molossos

quid pisces meruere freti, quid turba volucrum?
pervasit gens nostra fretum, pervaditur aer,
ut capiantur aves ex nulla parte nocentes.
quae natura negat, per nos elementa petuntur:
per pelagus celebratur iter: seclusus ab undis
navigat, audaces quatiens super aequora remos.
parva putant homines fluctus transire nocentes,
insuper armati medias grassantur in undas.
aut bellator aquas aut iam pirata vagatur
sollicitat glaucumque fretum mucrone cruento,
et bellum ignotis transfert manus hospita terris.
non sat erant terrae tolerant quae bella cruenta?
ut vel in externos tantum produceret hostes
inpatiens armata manus: cur tela propinquis
inpulsant peraguntque (nefas) civilia bella?
nec solum civile sat est — socerosque patresque
germanosque petunt saevo certamine fratres.
nec modo temptatur noviter, primordia mundi
hoc taetrum doluere nefas hominumque secundum
conspexere pii perfusum sanguine fratris.
gessit hoc inpietas (et postea conditor Vrbis)
et quasi lex fuerit, miserum sic venit in usum.
faucibus obsessis cadit a latrone viator;
quid fur nocturnus, pravo velatus in actu
ne capiatur, agat, ferro comitante per umbras,

Vollmer (cf. Auson. epigr. 35, 2 p. 325 P.), uenanciũ ante male B^1, sis. malo B^2, uenantes ante molossos M^3

286 meruere M^3, mouere *B*, nocuere *Arevalo* **290** seclusus *Vollmer*, s; iussus *B*, seiunctus *Arevalo* **293** in B^2, ad B^1 **294** uagatur (-tus *Glaeser*) *Vollmer*, uagit(us) *B* **295** cruento M^2, -tũ *B*, -tat *Glaeser* **297** tolerantq; bella *B* **299** propinquis M^3, -us *B* **300** Inpulsant M^3, Inplisant *B* **303** nouiter *M*, -tes *B* **304** hominemque *Arevalo* **306** Vrbis *Vollmer parenthesi statuta*, orbis *B* **308** a latrone *Arevalo, spatium vacuum reliquit* B^1, *cui* alugrisne *inscripsit* B^2 **309** uelatus *Arevalo*, uol- *B*

multorum nos saeva docent exemplа priorum.
quid quod adulterium dulces male venit in usus
incestique nefas agitat plectenda libido?
invadunt plures alieni caespitis agros
et domibus iunxisse domus non iure modesto,
ac promissa fides non custoditur amico.
nobilium plures decepti fraude clientes,
canities despecta senum laesique parentes
infantumque animas nullo pro crimine raptant
(nam quae tam parvis fecisset culpa reatum?).
iam genitos utinam tantum fera dextra feriret:
et necdum natos properant in ventre ferire.
externos pariterque suos furit impia mater
conceptus damnare, sui nec cura pericli est.
quae bibit impietas truculenta inpune venenum?
repperit hoc quis grande nefas, ut non sibi mortem
hauriat os quodcunque bibit? minus ecce noverca
audet in externos genitos, quam mater agit rem.
dextra novercalis iam natos mittit ad umbras,
ante mori genetrix quam nasci pignora cogit.
haec mala sufficerent: faciunt peiora nocentes.
mortua quin etiam non linquunt membra quieti,
sollicitant animas mortis iam lege quietas
cantibus infaustis, herbis atque arte nefanda
et responsa petunt tenebris de voce sepulcri.

---

312 Quid quod *Arevalo,* Quicquid *B* usus B^2, usũ B^1 **315** Et *B,* Est *conieceram, sed iunge* invadunt . . . iunxisse iunxisse *B,* iunxere *Arevalo* domus B^2, -os B^1 **317** decepti *Arevalo,* -pit *B* **319** raptant *Vollmer,* -tas *B* **320** Nam quę M^3, Namq; *B* **321** genitos *Arevalo,* -us *B* utinam B^2, uter B^1 **322** necdum natos *Arevalo,* nec dampnatos *B* properant *Arevalo,* -ent *B* **324** sui nec *Arevalo,* suos & *B* **325** *et* **327** uiuit *B* **327** os] hos *B,* hoc ς minus *Arevalo,* munus *B* noverca *Arevalo,* -cã *B* **328** Audet *Arevalo,* Addit B^1, Adet B^2 genitos *Arevalo,* gemitus *B* **329** Dextra *M,* Dext(er) *B* nouercalis *Arevalo,* -les *B* **330** mori M^3, mortẽ *B* genitrix *B* pignora B^2, -re B^1

excantavit agens animam maga nocte prophetae
. . . . . .
fascibus ⟨his⟩ scelerum cur non graviora mereri
omnia debuimus, qui sic peccamus inique?
sol lux clara dies luna stellaeque micantes
vel quaecunque deo famulantur sidera magno
militia praeclara poli, vel pontus et aer
et tellus accepta dei praecepta reservant
ac devota pie per saecula mille morantur;
nec tam longa movet diversi temporis aetas,
ut legem servare negent aut tempora mutent
contra iura dei, contra praecepta tonantis.
splendet sole dies, illustrat Cynthia noctes
et quasi gemmatum distingunt sidera caelum.
aestuat undosum pelagus, ceu fluctibus astra
impetat, et terram spumis operire minatur,
nec tamen egreditur transgresso limite punctum:
in sua regna furens confringitur et redit in se
aestus et unda maris, licet aequora ⟨ad aethera⟩ tollat
ventus et insani feriant sua littora fluctus.
pendula caeruleum non audet scindere tellus
invasura fretum, tantum contenta moratur
tramite vincta suo, ripis mirantibus aequor
in cumulos montesque videns insurgere fluctus,
nec pavet invadi quae nil invadit ab undis.
est homo grande malum: legis transgressor et audax
criminis inventor, scelerum repertor et auctor.
inmemor auctoris, mortis dux, terminus aevi,

---

336 Excantavit *Vollmer,* Esc- *B,* Et c- M^2 maga *Peiper,* aget *B* *post* **336** *minimum unum versum deesse puto* **337** Fascibus ⟨his *add. Vollmer*⟩ *B,* Fasci sub *Peiper* **341** praeclara *Arevalo,* p clara *B* **343** pie *M,* pię *B* **347** cynthia M^4, quinta *B* **353** ⟨ad aethera⟩ *add. Vollmer, om. B;* saevus *ante* licet *add. Glaeser* **354** sua *sic B; male* sub *olim edidi* **356** contempta *B* minatur B^1 **359** invadi quae nil *Vollmer,* inuaditq; nihil *B* **361** scelerum *B,* -umque M^2 **362** terminus *Arevalo,* -nis *B*

oblitusque sui, †per trans inimicus et hostis
omnibus atque suus, solus sub tempore parvo
transgreditur praecepta dei; scelerata propago
nascitur: ex fonte sceleris genus omne meamus;
ex primo quicunque sumus nunc usque creati,
non pietas, non ira dei nos ulla coercet.
saecula quod fuerant transacta ad tempora Noe,
ut scelus adsiduum vel saeva piacula mundus
adderet et nullus hominum retineret honestum,
nec tamen ulla simul processit poena reorum:
inde rebellantum moles praesumpta gigantum
sacrilega cervice tumens, quodcunque volebat
aut poterat, sibi cuncta dabant, sua cuncta putabant
nil reputando deo, per quem valet omne, quod extat.
despexit dominum velut insuperabilis audax
terrigena proles meruitque infanda propago
naufragium terrestre pati, dum littora nusquam
terra licet distenta daret, cum flumina pontus
obrueret pontumque nocens absconderet imber,
cum moribunda fretis silvestria cuncta natarent
et genus aequoreum spatietur montibus altis,
ac pariter pelagus vastas gestiret in undas,
agmina cum volucrum quae protulit unda necaret;
cum grege fit tractura lupus; venator et ursus

---

in C: 373—379

---

363 p $\overset{a}{\text{t}}$nſ *sic B,* patrans *M,* patris *M*³, perstans *Skutsch* **366** Nascitur *B,* -mur *Arevalo* **369** quod *B,* quot *M*³ fuerant *M*³, furant *B* **370** Vt *Vollmer,* Et *B* adsidū *B* **373** *ut supra* (*sed* mores) *C,* Inde gigantarum moles pr. rebellat *B* **374** uolebat *WMeyer,* ual- *BC* **375** sibi *C, om. in spatio vacuo B*¹, siuli *B*² dabant *B,* dabat *C* **376** quem *C,* quod *B* **377** uelut *C,* ṣụị sič *B* insuperabilis *C,* -les *B* **379** terrestre pati *C,* terra ẽ repati *B* **383** aequoreum *M*³, ęquorum *B* spatietur *Vollmer,* pascatur in *B*¹, paciat in *B*² **384** undas *B,* auras *Arevalo* **386** grege *Arevalo,* greges *B* uenator *R,* uenerator *B*

mergitur et nullos metuunt armenta leones.
nam pavor unus erat: totum sors mortis habebat;
nec qui fleret erat: cunctos mors una tenebat.
hoc solum servatur aquis quod diligit auctor:
enatat inter aquas cum mundi civibus arca,
conceptu paritura simul iuvenesque senesque
et pueros matresque pias tenerasque puellas.
una dies produxit avum serosque nepotes;
excepit pariter tellus natosque patresque
aequaevosque facit diversi temporis ortus.
non homines tantum fecundior arca refundit:
pace quidem modica dilata †littore tenta.
nam postquam revocantur aquae per viscera terrae
diluviumque nocens altus suscepit abyssus,
(littora nudantur montes mare flumina silvae,
apparent fontes paulatimque arida tellus
redditur et redeunt cunctis iraeque metusque
iam tecta tellure feris gregibusque avibusque):
impia gens hominum scelerum mox vota resumit
et facinus reparare cupit, ne perderet usum
criminis inluvies et tamquam damna subiret.
sic adherent delicta malis grassante reatu,
sic passim redeunt ad saeva piacula mores.
pertulit ista diu princeps inpune vagari,
ut revocarentur satiati crimine multo;
sed postquam in peius hominum procedere vidit

---

in C: 388—389. 393. 405. 406. 412

---

388 habebat *C*, -bā *B* **390** seruatur aquis *Grosse*, seruanti quis *B* **391** cum mundi *B*, mundi cum *Alcvin in versu persimili 115, 11* **398** quidem M^2, qui de *B* littore tenta *B*, maligna retemptant *temptavi* **399** revocantur aquae *Glaeser*, reuocantiq; *B* **405** gens B^1C, egens B^2 resumit M^2, -et *B*, resumpsit *C* **408** adherent *sic B*, haerent M^2 grassante *Arevalo*, cra- *B* **410** ista diu *Vollmer*, stadiũ *B*, *nolui* id studium **412** *ut supra B*, Postquam genus hominum impeius producere uidit *C*

pessima vota ⟨deus⟩, rursus ne perderet orbem
aut impune reos passim dimitteret omnes,
eligit e cunctis quos plus peccare videbat
supplicio censura dei super astra coacta.
et quia diluvium iam non dabit unda secundum,
sulphureas his fundit aquas nigrumque bitumen
conpluit et flammis ultricibus imber adussit
quinque cremans urbes: populos et moenia damnat
ignibus aethereis, sucoso caespite cocto
mox fecundus ager steriles expavit harenas,
pinguis et in cineres putrescit gleba solutos.
nos sumus auctores nostris, heu, cladibus; omnes
pauperiem gemitus mortem tormenta dolores
nos nobis facimus peccando sponte maligne.
segregat omnipotens merita pro moribus orbis:
non sociant poenae, quos non iunxere reatus.
Loth iustus famulusque dei sine fraude fidelis
inter tot scelerum turbas pius unus et insons
eripitur de morte truci sine crimine visus
et servatus abit vitae melioris amator,
qualiter ereptus Noe servatur in arca,
nec generale malum sensit specialis †hostis.
tot gens nostra malis non est correpta, sed audet
criminibus laxare frenos sine fronte pudoris;
supplicia scelerum non damnat prava, sed auget.

---

in C: 415. 418—420. 429—431. 435. 436

---

413 ⟨deus⟩ *om. B, add. Arevalo* **414** dimitteret B^2, dimuteret B^1 **415** Eligit e cunctis *B*, Eligit cunctos *C* **418** Sulphureas (l *corr. ex* s) B^1C his fundit *B*, is fudit *C* **423** solutos *B*, -ta *Arevalo* **428** poenae M^2, pęna *B* **429** Loth iustus *B*, Lotq; pius *C* **431** truci *C*, crucis *B* **432** abit M^2, abiit *B* **434** specialis hostis *B; vix sufficit* sp. et hostis (*scil.* malorum); sp. honestus *Bücheler, opinor* in hoste *scil.* generale **435** est *C*, uel *B* audet *B*, auget *C, cf. 437* **436** laxare *BC*, laxat M^3 frenos *BC*, fores *falso Arevalo* **437** Supplicia *B*, -cia et M^2 auget *M*, augent *B*

hinc obscena fames morbi mors luctus egestas
taedia bella lues clades iactura labores.
nam sic factus homo fuerat, primordia nostra,
ut volucres; pascendus erat sine clade laboris:
vomere non terram proscinderet atque ligone,
non peregrina vagus rabidis deposceret undis
committens animam ventis et fluctibus audax;
sponte parans fructum vinum de fontibus iret
in morem fluvialis aquae; longaeva liquores
semper oliva virens, non certo tempore ferret,
mella darent vepres, sentis sudaret amomum,
omnis ager pigmenta daret vernantibus herbis
et rosulas proferret hiems, servaret et aestas
lilia purpurea, flos omnis staret odore
nec marceret honos violae pallore decenti;
non niger aut albus tantum color esset in agnis,
sed rubicunda daret pretiosus vellera sandix,
lanigeras vestiret oves et muricis ostrum;
fabula certa foret Phrixei velleris aurum,
famam scaenaei verax arietis haberet
per populos certamque fidem sine crimine tanto.
viscera non terrae tantum pretiosa metallum
servarent, abstrusa nimis nec gemma lateret,
omnia sed passim facies telluris haberet,
omnibus in terris regio non indiga mercis,
vilior illa foret populis †peccantibus euros.
at nunc plectibiles humanae mentis ubique

---

438 mors *Arevalo,* mox *B* **442** ligone *sic B* **443** rapidis *B* **444** uentis et fluctibus M^2, uenas et fluctus *B* **445** parans *V,* -ens *B* iret B^2, ire B^1 **446** morem fluuialis M^2, mortem fluctualis *B* **447** oliva virens *Arevalo,* oliuarum non *B* **449** aḡ *sic B* **450** proferret B^2, praef- B^1 **457** scenei *sic B, scil. in Medea fabula* haberet *Glaeser,* caueret *B* **462** indiga M^2 *(cf. Lucan. 8, 446),* indigna *B* **463** Vilior illa *B,* Vllius ulla *Traube* peccantibus *B,* spectantibus *Bücheler ('coactis spectare vecturam et navigationem'),* spernentibus *opinor vel* pacantibus *i. pace facta cum euris*

dulcia subducunt mores et amara ministrant.
forsitan opponant homines delicta fatendo,
angelicum peccasse genus, quos purior aer
et super astra polus vel caeli regna tenebant.
'ante tribunal erant, ubi casta et sancta viderent
corporis expertes terreni ponderis omnes;
et sic error eos tenuit crimenque nefandum.
quid homines miseri, fragili sub tegmine carnis
captivos quos membra tenent et corporis usus?'
sic vobis responsa dabo: quid culpa aliena
obicitur? purgare potest quod gessit iniquus
alterius quodcunque nefas? scelus omne peractum
respicit auctorem, socios cunctosque ministros
implicat, et solos facinus quos inquinat urget.
inde magis mens nostra rea est, quod poena secuta est
caelestes famulos, his nec gravis ira pepercit.
sideris innumeri cecidit pars tertia caelo
cum duce pulsa suo, superat vindicta coercens
agmina caelicolum pereuntia clade perenni.
militiae pars tanta poli distincta severe
debuerat nostros ultro compescere mores:
et tamen in nobis nullus timor extitit unquam.
quis canis inlatret, vibices si terga leonis
colla caputque ferant et sanguine fulva rubescant?

in C: 467—473. 481—484. 485

465 amara M^3, -re *B* ministrant *Arevalo*, -ans *B* **467** quos *BC*, quod *V* **468** tenebant *B*, -bunt *C* **469** uiderent *B*, -ebant *C* **470** expartes *C*, expertis *B* **471** terror eos *B*, eos terror *(sed* t *erasa) C* **472** Quid (Quidnam M^3) homines miseri fragili *B*, Quid ego miser fragilis *C* **473** Captiuos quos *B*, Captiuum quem *C* **474** uobis M^3, nobis *B* **476** peractum M^2, peractu *B* **478** solos *Arevalo*, solus *B*, *reieci* solum quos *Arevalo*, quod *B* **482** suo *C*, suos *B* superat *Arevalo*, -as *B*, superbos *C* **484** Militiae *Arevalo*, -ia *BC* distincta seuere *C*, distinctas cibere *sic B*, districta severe *Arevalo* **485** ultro *C*, ultra *B* **488** capq; *B* rubescant M^3, -unt *B*

aut solis pereunte die simul obice terra
sidera despiciant umbram, qua cuncta teguntur,
et superare putent crassas tenui igne tenebras?
aut siccante freto iactet se rivulus unda
vel minor unda velit caelesti occurrere flammae,
quam neque grandis aquae possint sedare fluenta
gurgitis aequorei, cunctos si eructuet amnis?
sed quia caelestis pietas veniale minatur
plusque coruscantes flammas quam fulmina vibrat
aut, si fulmen habet, montes et culmina tangit
arboribusque caput, cedros celsasque cupressus,
ut terrore domet potius quam clade profanos,
est nobis contemptus atrox animique nocentes
omnibus; et nobis pietas tamen alma parentis,
indulgere volens cito quam punire parata,
misit ab arce pium caeli per sidera Christum,
qui virtute sua serpentis frangeret artes
per vexilla crucis hostis populando cohortes,
praecipiti iactu quas celsa palatia caeli
exilio trusere gravi sub perpete culpa.
expavit Iudaea deum post viscera matris
maxima tot populis dantem miracula Christum.
invida continuo semet laesura profane
sacrilega tenet arte viam livoris iniqui

---

in C: 509—510

---

489 Aut *B*, An *Arevalo* so die *sic B* **492** iactet se riuulus *Glaeser*, iacte seruulus *B* **494** nec (neque *Peiper*) grandia (-dis *Bücheler*) aquae *Glaeser*, nec legandisq; *B* possint *Vollmer*, -unt *B* **495** eructuet *Bücheler*, fluctuet *B* **497** flulmina *sic B* vibrat *Arevalo*, uibrant *B* **499** cap̃ *B* cedros celsasque cupressus M^2, celsasq; cypressus cedros (-as B^2) *B* **501** contemptus atrox *Arevalo*, contentus arax *B* **502** parentis *Arevalo*, nocentes (-is B^1) B^2 *ex v. 501* **507** Praecipiti *Arevalo*, Praecepit *B* **509** uiscera *B*, ubuera *C*, ubera *Meyer* **510** Maxima *B*, -me *C* dantem *M*, -te *BC* **511** semet *Arevalo*, semel *B* profane *B*, -nam *Arevalo*

et quaerit peritura dolos, quibus improba perdat
insontem, sanctum rea noxia callida fallax,
et pretium dat turba, dei commercia fiunt
discipulo vendente suo, funesta duobus:
venditor infelix, sed non felicior emptor,
pars pretium perdit, perdit pars altera mercem;
proficit in nobis, qui non contraximus, emptus:
sanguine distracti maculatur venditor emptor,
quo mens nostra †maculabitur imbre cruoris.
ah scelus atque nefas! insontem turba reorum
supplicio, quo digna fuit, cruce verbere ferro
affligit letique vias et limina mortis
ingerit aeterno, cui lex ab origine mundi
nec fuit initium nasci nec finis obisse.
ergo salutaris quod passio membra peremit,
fecit abire diem solis restantibus horis
et noctem sub luce dedit; rediere tenebrae,
sed sine more suo, violata lege polorum.
tunc niger axis erat, quem lurida palla tegebat,
candida sanguineum monstravit luna ruborem,
cardine sub gemino nox inportuna pependit
et planxit natura deum; monumenta piorum
clausa patent, plures mundo rediere sepulti
et vitas mors ipsa dedit, dum vita perennis
limina mortis adit. poenae intremuere ministri;

---

in C: 516—519. 524. 528. 531. 534. 536

---

514 ꝛe sc̄m *B* callida M^2, -de *B* **516** duobus *B*, duorum *C* **517** Venditor *B*, -tur *C* **518** perdit perdit *B*, perdidit perdidit *C* **519** in *B*, et *C* **521** nostra ⟨sacri *add.* M^2⟩ maculabitur imbre *B*, nostra magis maculas lavet imbre *Bücheler, opinor* nostra sacri emaculetur in imbre **524** letique *C*, lętq; *B* uias et *B*, uia sed *C* limina *B*, lum- *C* **528** solis *C*, soli *B* **531** lurida *B*, luc- *C* tegebat *C*, -bant *B* **534** monimenta *B*, munu menta *C* piorum *B*, deorum *C* **535** rediere M^3, redire *B* **536** Et uitas *C*, E uita est *B* **537** adit B^2, adiit B^1 poenae intremuere *Vollmer*, pœna ut tremuere *B*

effugiunt tormenta reos, invita pepercit
tortorum metuenda manus, lux funditur umbris
descensum comitata dei, simul orbe fugata.
tartarus infelix nunquam satiabilis umbris
et solitus gaudere neci turbatur amare
et supplex augmenta dolet, nam damna futura
haec augmenta dabant; animas, quas claustra tenebant
carceris aeterni, redituras lucis ad usus
ingemit et legem violari deflet Averni.
luminis inpatiens, ut iam remearet ad auras
aethereas, optat dominum regemque polorum,
ne chaos omne gravet iubar insuperabile Christus
aut spoliet toto nigros simul agmine manes
ad superos revocans animas virtute parentis.
tertius interea processit lucifer astris
oceano spondente diem, redit almus ab umbris
rex reducum vitae magna comitante caterva;
discipuli reducem laeti videre magistrum.
inde reversus abit: repetit sua regna triumphans.
dexter in arce sedens, consors genitoris amatus
iudicio venturus erit post saecla futuro
reddere mercedem cunctis, quam quisque meretur,
ad dextram laevamque iubens astare catervas,
exigit ut meritum vitae pravaeque bonaeque.
si scelus est et grande nefas tempsisse potentem,
factorem temerasse suum quod crimen habetur?
et tamen indultor mansit post funera carnis;

---

in C: 541. 542. 552—554. 556—559

---

542 neci B^2C, *om.* B^1 **546** *in fine* defle taberni *B* **547** auras M^2, -res *B* **548** optat *B*, orat *Arevalo* **549** Ne chaos *Glaeser*, Necatos *B* grauet *Glaeser*, -at *B* **553** diem *B*, die *C* **554** Rex reduci cũ uitę *B*, Ipse surgentũ *C* **556** abiit repetit *C*, habitare petit *B* **558** erit *B*, erat *corr. in* erit C^1 futuro *B*, -rus *C* **562** potentem *B*, parentem *Arevalo*

paeniteat si forte reus, clementior audit
datque repente pius veniam donatque reatum.
Iuda miser veniam si vel speraret, haberet;
sed memor infandae tamen et sine nomine culpae
credidit infelix nil iam veniale mereri
iudicioque suo veniae subtractus abiit.
redditur argentum, scelerata ad colla pependit
vix tandem iustus, nam nec permansit avarus,
expensus obiit se mox ultore severo.
vincula rumpuntur, cecidit crepuitque cadaver,
viscera fusa iacent, hinc cor crudele patescit
funestatque diem de corpore tabe madenti.
legimus innumeras veniam meruisse catervas
Iudaea de gente reas mortisque ministros
optima perpetuae sumpsisse et munera vitae,
quorum Paulus erat caput extans grande malorum:
et tamen ipse fuit legis post crimina doctor;
martyrium Stephano qui fecerat inde recepit
et meruit plenam quam contulit ante coronam.
in se vera dei confirmans verba probavit
'hoc patietur homo, quod quisquam fecerit ulli'.
sed bonus excepit quod tunc malefecit iniquus,
quod populos gentesque docens convertit eundo
per mare, per terras, ut Christi nomen adorent
gentilesque deos et cordibus idola pellant;
Mars cadat ex animo, pereant Saturnus et Arcas,
Iuppiter atque Venus, Titania Iuno Cupido
vel quicunque dei ficti sermone vetusto

in C: 565. 566 *(hic bis)*

565 Peniteat *B*, Aut certe *C* reus *Rossberg*, reos *B*, reum *C* clementior *C*, dementis *B* **568** infandae *M*, in fraude *B* **569** nihil *B* **570** abiit *B*, abiuit M^2 **575** hinc *Arevalo*, huic *B* **576** tabe *omissum a* B^1 *in spatio vacuo add.* B^2 **579** perpetuae M^2, -ua *B* sumpsisse et *Vollmer*, sūpsiss; *B* **582** Martirium M^2, -rū *B* **585** fecerit *Arevalo*, -rat *B* **589** pellant M^2, -ent *B* **592** dii *B* ficti *Arevalo*, ficto *B*

credantur nil posse, simul nihil esse probentur.
solus ubique deus, rerum fons, conditor et spes,
idem semper eris, quod et es, quod et ante fuisti,
nil addens minuensque tibi crescentibus annis.
tempora mutantur, te nunquam saecula mutant:
qualem prima dies, talem simul ultima noscet.
cum te non caperent caeli terraeque fretumque
aeris et spatium, modico te corde reponis
pectoris humani conceptus mente fideli.
exaudis quod lingua tacet sub corde loquaci;
ante futura vides, penes te nulla futura,
sint licet, omnipotens, praesentia cuncta videntur
aut transacta magis nobis ventura creantur.
qui peccaturos homines tu spiritus auctor
ante vides, primum medicinam, sancte, parasti
quam faceres hominem: indulgentia parta reatum
praevenit et facinus venia praecedit iniquum.
Christus enim datus est nobis spes una salutis,
qui nostra hic peccata lavet pius amne cruoris:
et licet ipse ferat maculas et crimina nostra,
inmaculatus adest tamen agnus et unicus heres
semper viventis, semper victurus et ipse.
largitur peccata reis sine voce rogatus
pectoris affectu secreto, mente fide spe.
cum sit ubique deus semper praestare paratus,
tardius accipimus heu nostro corde morati.
oderunt pia vota moras, festinus adoptat
ut praestet quam nos quae purget causa mereri.
arbitrio posuit clemens deus omnia nostro:
libera mens hominum est peccare aut vivere sancte,

in C: 597 *(bis)*. 599—601. 603

597 te nunquam *B*, numquam te *C fol. 2^b*, deus te numquam *C fol. 7^a* **599** caperent *C*, -ret *B* **603** penes *B*, circa *C* **618** nostro *Arevalo*, nostra *B* **620** quae *Vollmer*, quo *B*

libera vota dedit: quando sperare velimus,
credere si placeat, facile est nam posse mereri.
credidit Abraham dominoque est factus amicus.
confectus senio membrisque trementibus aevo
inter avos atavosque fuit, sed prolis egenus
ut soboles inpubes erat frustraque maritus,
officii genitoris iners; algente vapore
germinis extinctus cecidit genitalibus ignis
et fecundus amor, quem iam subduxerat aetas.
nec solus steriles retinebat marcidus artus:
femina deterius prope mortua membra trahebat,
spes generis recidens et vis materna peracta.
frigida progeniem senibus natura negarat:
flebile coniugii portabant nomen inane,
spes tantum iuvenilis erat; crescentibus annis
augebat spem sola fides, praesumptio maior
affuit his prolem spondens cum gente nepotum:
non hos certa fides nec spes incerta fefellit.
fecundus per membra vapor discurrit utrique,
dulcior et gelidis inrepsit flamma medullis
miranturque senes recidivo fomite venas
in sobolem caluisse suas: animatus anhelat
intra membra puer vinctus compagibus artis.
intumuere sinus rugis pereuntibus alvi,

---

in C: 625—628. 630—633. 636. 637. 635 *hoc ordine.* 641—642.

---

625 dominoque *B*, deo quę *C* **626** -que trementibus *C*, remeantibus *B* **628** Vt *Meyer*, At *B C*, Ad *Bücheler* **629** algente B^2, a gente B^1 **632** artus *C*, astus *B* **633** prope mortua *C*, pro m. *B*, praem- *Arevalo* **634** uis M^2, ui *B conieci* Spe g. r. est vis *v.* **635** *post* **638** *posuit WMeyer duce C codice* **636** negarat *C*, -ret *B* **637** portabant *B*, -bat *C* **635** *ut supra C* (spe); Angebat spes sola fidem praesumit uel spes *B* **641** utrique *Arevalo*, uritque *B*, ubique *C* **643** recidiuo fomite B^2, recidue (ue *incertae*) fronte B^1 uenas M^2, bernas *B* **644** sobolem *Arevalo*, sobo B^1, sobole B^2 **645** uinctus B^2, -is B^1 **646** alvi *Arevalo*, aui *B*

dum tandem fit mater anus paritura prophetam
et sterilis fecunda parens. miratur et haeret
sic uterum crevisse suum tenerasque puellas
consulit et trepidans tamquam nova nupta requirit;
saepe verecundos faciunt nova gaudia vultus:
fructus honestatis datus est de ventre pudoris.
sic licet unius genitor post saecla creatis
gentibus et populis tamen est pater unus origo.
omnis harena maris vel flammea sidera caeli
aequantur numero benedicti germinis, apte,
nam cui terra datur et caeli sancta parantur,
rectius aequatur geminis hinc inde elementis. —
Sarra socerque simul dominum petiere rogantes;
illa virum meruit stabilem post funera septem,
hic visum: fugiunt cum paupertate tenebrae
et gemino capit orbe diem reducesque sereno
lumine sunt acies post nubila crassa micantes. —
David adulterii facinus homicida peregit,
sed scelus agnoscens culpas inpune fatetur.
sic reus et veniam sceleris sub voce meretur
credulus et domini famulus post ista fidelis
attestante deo caelesti voce vocatur
in tantum, ut regem faceret post crimina natum
ex eadem muliere virum, cui tempore partus.

---

in C: 650—652. 657. 659—661. 664—666

---

650 noua *om.* B^1, *in marg. add.* B^2 **650** *et* **651** *in C sic leguntur:* Consulis et trepidans tamquam noua gaudia uultus **652** est *C, om. B* **653** secla B^1, saecla B^2 creatis *Vollmer,* -ti *B* **655** flammea *Arevalo,* flumina *B* **656** Aequantur *Arevalo,* Equatur *B* benegdicti *B* **657** Nam *B, om. C* **658** Rectĩ B^1, c *delevit* B^2 **659** peciere *B,* petebant *C* **660** uirum meruit *B,* meruit uirum *C* **661** Hic *C,* Hinc *B* **665** S; *B,* Et *C* **666** Sic reus *B, om. C* sceleris *Vollmer,* sceleri *B,* celerem *C* **667** ista *Bücheler,* stat *B* **668** cẹlesti *bis scripserat* B^1 uocatur *Vollmer,* -tus *B* **670** partus *M,* parcis *B; an* tempora pacis?

omnia concessit merito genitoris amati. —
fleverat Ezechias sub puncto temporis uno
et prece praemodica vitae tria lustra meretur. —
murmure sub tacito sterilem defleverat Anna
matricem; fecunda redit per vota priora
et non est ultra vox expectata secunda.
hi solas fudere preces, ieiunia nulla,
nam nec tempus erat longum, quo vota piarent,
cum nec plena fuit cunctis poscentibus hora,
qua votum meruere suum pietate tonantis.
quod vetus atque novum, duo testamenta loquuntur,
milia tot subito veniam meruisse reorum,
pro quibus una semel vox est aut nulla precata. —
exegit quid plena fides et credula, dixi,
quid non credentes mereantur, dicere cura est.
incurrit culpam sancti pater ille Iohannis,
pontificis loca sacra tenens magnusque sacerdos,
credere cunctatus domini promissa tonantis,
angelico senior monitus sermone repente.
mox vindicta datur per longa silentia linguae,
donec ventris onus bis quinis mensibus actis
fundatur de matre puer sub sorte beata. —
tu, deus omnipotens, rerum caelestis origo,
tu pius et clemens et consolator herilis
tempore tristitiae, maior defensio pressis —
erigit elisos, relevat tua dextra iacentes,
confovet abiectos et semper pascit egentes,

---

in C: 672—673. 686—688. 690—692. 696—697

---

673 primo dicauit et (praemodica *Peiper*) *B*, sub modica uitae *C* **675** Matricem *Arevalo*, Materiem *B* redit M^2, rediit *B* **677** Hi solas *Arevalo*, His sola *B* preces ꝯ, ꝑses *B* nulla *R*, ulla *B* **679** hora *M*, ora *B* **685** cura est *Arevalo*, curę *B* **686** pater *B*, pariter *corr. in* pater *C* **691** onus *M*, honus *B C* actis *B*, actes *C* **694** herilis *B*, haberis *Arevalo* **696** Erigit *B*, -gis *C* releuat *B*, el- *C* dextra *C*, dext(er)a *B* **697** Confouet M^2, -it *B*, -es *C* pascit *B*, -is *C*

pocula larga parans sitientibus alma ministrat.
nescius irarum, monitis non clade coercens
peccatum, sine clade reos clementior audis
ante preces veniale iubens; non ira furorem
excitat, ut iubeas vel iuste occidere sontes.
plus pius es quam iustus: agis non ergo severus,
errantes punis, sed mitis corripis omnes
sub pietate bonus, poenae cessante flagello,
et quotiens commotus eris, placidissimus extas:
nil inmite iubens levis est sententia caeli.
rex pie, supplicium cunctis revocabile dictas,
ut, si peccantes agnoscant corde reatus
et damnent meliore animo delicta priora,
sint quibus ignoscas. sed non semel ista relaxas,
saepius indulges ostendens limina mortis
et revocans a morte truci quos culpa premebat
faucibus inferni raptos inducere formas.
hi soli pereunt, semper quos esse profanos
constiterit, sine fine mali peccare volentes:
criminis et poenae limes semel unus habetur.
et poteras servare malos pius usque senectam,
ut damnare simul horrenda piacula nossent
et veniam sperare tuam, sed maior habetur
hic ratio, nam inpune diu peccare nocentum
si fuerit permissa manus, turbata repente
mens insontis erit, mox paenitet esse modestum
optaturque nefas et plus pia turba nocetur,

---

in C: 700. 704—706. 713

---

698 Pocula B^1, Pucula B^2 **699** Neccius *corr. in* Nescius B^1 **700** Peccatum *B*, Peccantum *C* **704** corripis *C*, -gis *B* **707** inmite *Arevalo*, inm̃te *B* lenis *B* **712** indulges B^2, -ens B^1 limina *M*, lum- *B* **713** reuocans *B*, -as *C* truci *B*, cruci *C* **714** raptos B^2, -as B^1 **715** Hii *B* **721** nam *add.* B^2, *om.* B^1 **722** permissa *Arevalo*, praem- *B* **723** mox *add.* B^2, *om.* B^1 poenitet esse modestum *Arevalo*, pe̛nitens se moderatum *B*

improba quam rabies atque impia vota fatigant.
quid quod et erranti mora non brevis esse probatur
servaturque diu veniae, si desinat audax
inlicitum temptare nefas? nam gaudia caelo
conversus dat quisque reus; sibi quisque medelas
arbitretur homo culpae sub voce requiri.
vox tua cum sileat, tua sed sententia clamat.
erigis oppressos humiles sternisque superbos,
tu captivorum rumpendo tenacia vincla
colla levas adtrita iugis cervice soluta
et proceres servire facis famulosque iubere,
paupertate iubes opulentos turpis egestas
vestiat et ditas opibus bene largus egentes.
ima levas et celsa premis, praesumpta coactus
adteris et tenues adiecto robore firmas
iura potestatis retinens sub nomine vero.
solus enim dominus dominum qui non habet extat
vel cui cuncta parent, per quem sunt omnia quae sunt
et transacta simul vel sunt quandoque futura.
qui dedit Elysios iustis et Tartara pravis,
qui placidis saevisque iubet procedere solem
et lunam stellasque vagas et sidera cuncta
imperat et pluvias nullo discrimine fundit.
nec ratione caret pietas: generaliter una
mercedem iustis, iniustis munera nobis
praerogat, ut vel sic nos convertamur ad illum;
illectos donis, non poenis mutat adactos.
expectat pia vota deus, non tura requirit;
victima sola placet purgatae mentis honestas,
nec tamen expensis, sed puro corde litandum.

---

727 desinax *corr. in* -nat *B* **730** culpae *Vollmer,* culpa *B* requiri *Vollmer,* -rit *B* **733** tenacia *Bücheler,* te noxia B^1, tenecia B^2 **737** ditas *Arevalo,* ditat *B* **742** paret *B,* patent *Arevalo* **743** uel ǫ *B* **744** elisios M^2, -sos *B* prauis *R,* -us *B* **750** conuertamur *B, an* -mus? **754** expensis M^2, -dis *B* litandū *B, an* -da?

pectore contritos, genibus cum pectore flexos
suppliciterque suas pandentis fletibus ulnas
exaudit: nam siquis erit miseratus egentis,
texerit et nudos, inopes defenderit, insons
contentusque suis alienis non inhiarit,
si impetrare velit, vel ut impetret ista meretur;
effectus faciles oratio pura reportat,
quam non inpugnat cuiusque precatio tristis
et fortasse iuvat: pauper peccata relaxat
pastus et indutus; viduae pupillus et aeger
et defensus inops plus quam sumpsere rependunt.
vestibus expensis epulis de more Tabitha
expendebat opes miseris alimenta ministrans;
numquid ad annorum numerum cuicunque modesta
addidit et vitam longum produxit in aevum?
et meruit tamen ipsa iacens post funera vitam
amissam reparare suam testantibus illis,
quis proprias fundebat opes miserata rogantum.
Petrus enim medicus fuerat, medicina catervae
paupertatis erant: caelis extorsit egestas,
quod voluit. nos turba rapax calcamus egenos
conferimusque nihil: forsan spoliamus avari
pauperiem, si forte ferat quodcunque decorum;
expectamus adhuc de paupere xenia nobis
afferat et praedam potius; de nobile pauper
iam modo dives eget, cui confert indiga dextra
non sibi mendicans, quod divitis usibus addit.

---

756 suas p. fl. ulnas *Grosse,* suos p. fl. uenas *B* **758** Texerit M^2, Trax- *B* **760** impetrare *Arevalo,* imperare *B* uel ut impetret ista *Vollmer,* uelut imperet ita *B* **762** cuiusque *R,* cuiusquam *B* **764** eger M^2, eget *B* **765** sumpsere rependunt *Peiper,* suum serere pendunt *B* **766** epulis de more Tabitha *Arevalo,* epulas de morte dauita *B* **767** opes *Arevalo,* opus *B* **772** Queis *Arevalo,* Qui *B* **777** Pauperiem *Arevalo,* Pauper item *B* **778** de paupere *B,* det pauper *Arevalo* xenia M^1, senia *B* **779** potius *Arevalo,* paciatur *B* nobile *Arevalo,* -li *B* **780** indiga M^2, -gna *B*

quidquid agamus adhuc sceleris fraudisque dolique
supplicio dignum, differt punire benignus
vel, si paeniteat, magis indulgere paratus,
qui facit angelicas flamma crepitare cohortes.
nam pia turba dei sunt spiritus omnis et ignis
quamvis et ipse deus se prodidit igne loquaci,
cum iubar ignitum domini rubus asper haberet
et lacrimas populi pro libertate gementis
diceret ante suum deus ascendisse tribunal;
se tamen asseruit merito tunc alma potestas
descendisse polis, ut quae captiva iacebat
libera turba foret, domini victura superstes.
mox sua promissor perfecit verba fidelis
exutosque iugo deduxit per mare rubrum.
candida dux fuerat nubes flammaeque columna;
fluctibus aequoreis gemina de parte ligatis
in scopulos, pelagi non iam latrantibus undis,
transierat salsus ponti sine remige fluctus
et pedibus siccis iter est navale peractum.
laudavere deum, sed plus de morte natantum;
sexus uterque deo magnas in laude choreas
certatim resonant et palmis tympana pulsant
et celebrant vincente deo saltando triumphum.

---

in C: 796—797. 800—801. 803*—804

---

782 adhuc *noluit scribere Arevalo,* ad hęc *B* **783** differt M^2, defert *B* **784** Vel *Vollmer,* Vt *B* **786** omnis et ignis *(cf. 2,45) Vollmer,* igneus omnes *B* **790** anscendisse *B* **791** tunc *Vollmer,* tusis *B* **792** iacebat M^2, -bant *B* **795** Exutosque *Vollmer,* Et uterq; *B,* Excussoque *Arevalo* **796** *ut supra* (*sed* columba) *B,* Candida nubes erat et flamma columna *C* **797** gemina *B, om. C* ligatis *B,* liquoris *C* **798** scopulos M^3, -la *B* **799** Transierat salsus *B,* -ant salsos *Arevalo* **800** iter est *B,* item *C* **801** Laudauere *C,* -bere *B* sed plus *BC,* populus *R* **802** dm̃ B^1, dō B^2 choreas *Vollmer,* -is *B* **803** et palmis *B,* palmis et *C; cf. Hom. lat. 881* **804** uincente *B,* iuuante *C* saltando *C,* spaltante B^1, -do *corr. et ipsa* B^1 *et* B^2; *an* psallendo?

non gladiis iaculisque datis missisve sagittis
gens oppressa perit, sed tantum surgere iussa
arma elementa deo, nullum fusura cruorem,
et tamen innumeras faciunt sine sanguine mortes.
una eademque die populis datur ecce duobus
ira furens pietasque simul: sine nubibus ullis
diluvio periere gravi, splendente sereno.
omnibus ostendit domini sententia lata,
quid peccata creent, quid iusti vita meretur,
quid bona simplicitas, quid noxia vota reportent,
quid pius aut humilis, quid et impius atque superbus,
quid ferus aut mitis, quid clemens quidve cruentus,
dapsilis et largus, quid praedo aut raptor avarus:
agmina condemnant et mores agmina purgant.

LIBER III

Luminis aeterni lumen, lux, lucis origo
orbis et astrorum, iubar aetheris, aeris auctor,
pax elementorum, naturae conditor et fons,
sideris innumeri numerus quem non latet omnis,
nomina dans astris et stellas cursibus aptans
immobilesque iubens septem constare triones,
axe licet volvente polo stent sidera pigra;
qui numeras cunctas quas praefert litus harenas,
scis, deus, et pelagi quantos ferat unda liquores
per freta cuncta maris totum factura coactu.

in C: 805. 808 *in A:* 1—10

805 sagittis *B*, -istis *C* **806** surgere *Arevalo*, fugere *B* **816** quid clemens quidue *Arevalo*, quicquid clemensue *B* **818** et mores *Vollmer*, et mores atque *B*, mores atque *M*

LIBER III **1** lumen *A*, lunę *B* **2** etheris aeris *B*, ac ceteris *A* **4** innumeri M^2, -ris *AB* quem *B*, que *A* **5** stellas *A*, -is *B* aptans *B*, abstans *A* **6** immobilesque *A*, -lisque *B* iubens *Arevalo*, -es *AB* **7** polo *Peiper*, polos *AB* **8** p̃fert *B*, perfert *A* **10** coactu *Vollmer*, q; actus *A*, queatis B^1, queatus B^2

omnia nosse deum, quia condidit omnia solus,
quis dubitet? quod nosse iubes, caelestia norunt,
quod tu scire vetas, ignorant omnia caeli.
nam tua iussa parant, ut sint elementa ministra:
fulgura crebra micant conlisis nubibus euro
et tonitrus imbresque movent aut fulmina caelo
missa cadunt hiemesque cient comitante fragore;
verberis igniti volitant per inane flagella
et rutilat radians crinitum missile flamma.
iustitiae monitor, sed plus pietatis amator,
celsior excelsis, specie sed pulcrior omni,
virtutum virtus, dulcedine dulcior omni,
lucidus omnituus vel lumine clarior omni,
editor omniparens, sed non tamen edite ab ullo,
qui placidos pluviis das descendentibus imbres.
sic annona datur cunctis animantibus esca
et natura parens per tempora cuncta ministrat,
sic plumis vestitur avis, sic frondibus herbae,
sic calamos nutrita seges stans armat aristas
et tunicis vestita ceres pubescit adulta,
sic viridis flavescit ager sine semine iacto.
creditor extorquet sub vomere faenus arator,
usura praestatur edax, centesima grandis
redditur, utque placet vota credentis avari,
debitor exoptat millesima reddere lucra.
non exactorem pudor imprimit aut dolor ullus

in A: 11—23. 25—26

12 quod *A*, quid B^1, qod B^2 iubes *Arevalo*, -et *AB* **14** parant *B*, -ent *A* **15** micant *A*, -ent *B* **17** hiemesque *B*, -isque *A* fragore *A*, fla- *B* **20** monitor *A*, -t(us) *B* **23** omnituus *Vollmer*, -tuis *A*, -tus *B* **24** Editor *Arevalo*, -tur *B* ullo *Arevalo*, illo *B* **25** descendentibus *A*, disced- *B* **26** datur *B*, datus *A* **29** armat *M*, amat *B* aristas *B*, -is *Arevalo* **33** praestatur *Arevalo*, -tor *B* centesima M^2, certissima (cent- B^2) *B* **34** utque *Vollmer*, atque *B* credentis avari *Arevalo*, reddentis auarus *B* **36** inprimit M^2, -is *B*

afficit exactum: contraria vota duorum
conveniunt solusque dolet captator iniquus
annonae pretiique vorax, inimicus amicis,
omnibus adversus, populis insontibus hostis,
nam sua damna vocat compendia publica mundi,
nil opibus propriis quacunque ex parte minutis;
extinctam dolet esse famem, bene dives egenus.
semper avarus inops, pauper sub divite nummo
aestuat et custos alieni †thuris odoret.
iudicio punita suo mens semper avara
dat poenas animi, quae se dum nescit amare
diligit heredem, cui servat cuncta fidelis.
nec bona praesentis hic tantum perdere vitae
contingit miseris, perdunt bona cuncta futura:
numquid eris pius, alme deus, iam morte perempto
illi quippe, magis qui proditur impius in se
et sibi vel cunctis solacia tota negavit?
non exempla docent damnati divitis ignes
pauperis et requies, qui post sua membra beatus
Abrahae portante sinu per saecla quiescit?
divitis extincti tormenta exspectat egestas
inmitesque vices alterna sorte rependit.
serica quem tenuis, quem mollia lina gravabant,
qui solet aestivum membris sudantibus ostrum
poscere, deposito confractus murice denso,
cuius et in digitis non sedit crassius aurum
et licet exiguae non ferret pondera gemmae,

40 aduersis B^1 *corr. in* -sus B^2 **41** uocat *M*, nocat *B* **43** Extinctam dolet *Arevalo*, Extincta modulet *B* **45** thuris odoret *sic B;* ruris et auri *Arevalo*, furis odorus *conieci* **48** Diligit *Arevalo*, -gat *B* cui seruat *B*, seruat cui *Columban. epist. ad Seth. 42, qui versum mutuatus est* **49** hic *B*, *an* his? **53** negavit *Arevalo*, -bit *B* **54** ignes *vel* ignis *Vollmer*, ingens *B* **57** exspectat *B*, spectat *Arevalo* **58** vices *Glaeser*, ujes *B* rependit M^2, respondit *B* **59** quem tenuis quem *Arevalo*, quę tenuisq; *B* lina *Arevalo*, ligna *B* **60** membris M^2, membrisq; *B* **63** ferret M^2, ferre *B*

inter anhelantes tormenta ultricia flammas
supplicium crudele luens exaestuat ardens
et tolerat poscitque rogans ardente palato,
ut gelidum digito mereatur lingua liquorem,
sed negat hoc inmane chaos: crudele profundum
dividit inter aquas et saeva incendia mortis,
quae sine fine manent et stant sub perpete nexu.
et miser hic, qui dives erat, non vixit egenter;
vestibus indutus Tyriis processit et ostro,
delicias consumpsit edax, reus inde vocatus,
pauperibus miseris quod trux alimenta negabat,
nam sibi dives erat dapibus conviva repletus.
si tales damnare placet sub perpete poena,
qui sibi, non aliis proprium dependere curant,
quid passurus erit, qui nec sibi praestitit unquam
aut qui aliena rapit praedo temerarius audax,
cuius facta gemens plaudit spoliatus egenus?
hi nam sunt, quos sola iuvant convivia, praedae
gutturis, et ventris curam sine laude ferentes,
ignari quia quisquis erit praesentis amator
vitae animaeque suae, non diligit ille, sed odit:
contemptor vitae magis hic servator habetur.
nil opus est praeferre deo. sententia prisca est:
'summum crede nefas animam praeferre pudori'.
si maius scelus est animam praeferre pudori,
quam sit grande nefas animam praeferre datori,
demere dum liceat quicquid dedit et cui confert?
ergo deum si verba colunt, et mens veneretur;
nil opus ⟨est⟩ praeferre deo, deus omnis amor sit
ante ⟨artus⟩ animamque; simul conubia natos
postponat mens pura deo totamque salutem
reiciat, contemnat opes, patrimonia damnet,

66 palato M^3, poleto *B* **70** stant *M*, stat *B* **77** dependere *Vollmer*, defend- *B* **83** Ignari *Arevalo*, -ris *B* **87** *est versus Iuvenal. 8, 83* **92** est *add. M²*, *om. B* **93** artus *Vollmer*, *om. B* conubia *Vollmer*, conuiuia *B*

et securus erit vitae melioris amator
temporibus sine fine datis, sine limite perpes.
quod spectat finem, fragile est totumque caducum.
quam sit insipiens contemnere velle perenne
et modico quaesisse die peritura repente,
Abrahae doceant iam nos exempla parentis,
qui natum senior susceptum tardius unum
spe cito contempsit, iussus produxit ad aram
aptavitque neci nimia pietate cruentus;
nudato mucrone pater, ferus ille sacerdos,
stabat in officio iam iam feriturus amatum
et pius inmitis, non tristis fronte doloris,
non lacrimis udando genas, non unguibus ora
dilacerans: lamenta silent et verbera cessant.
non dat pectoribus, pietas secura minatur
exitium sine morte truci per funera nati,
qui devotus erat, qui ad vulnera colla parabat.
hostia grata iacens et victima mente quieta
displicuit placuitque simul, quia corde fideli
et pater obtulerat nec natus vota negabat.
mox pater omnipotens arietem subrogat aris:
hostia praestatur non orbatura parentes.
si deus ullus erat Saturnus falcifer unquam,
hoc faceret puerosque neci subduceret omnes,
annua quos pietas flebat miseranda parentum,
heu, non orbaret dilecto pignore natis.
qui planctos mortesque facit per sacra rogatus,
nescio sed minus est a quo †deplacantur ademit

in C: 98

98 Quod spectat finem *B*, Quot finem expectat *C* **104** cruentus M^2, -tū *B* **109** Dilacerans *Arevalo*, Dilatans *B* **110** pectoribus *Grosse*, peccatoribus *B* **111** truci *Arevalo*, crucis *B* funera *Vollmer*, -re *B* **112** Qui devotus *W Meyer*, Quid uotus *B* **121** natis *Bücheler*, natos *B* **122** sacra *Peiper*, sera *B* **123** s. *ut supra B corrupte;* Nescio si minus est quod deplacandus ademit quam praestare potest; ⟨quod⟩

quam praestare potest †si non praestat et adsit.
nam deus omnipotens, verus deus, omnia praestans,
non cupit insontum mortes vitasque nocentum
non cito consumit, veniae dum cuncta reservat.
nam quod Isac iussit pius hostia ⟨patris ut esset⟩,
non crudelis erat concessum auferre parenti
per patris tam grande nefas aut vota probare
censuit amborum (non est temptator habendus)
aut ignarus erat, quem mens humana lateret
(cum ratione iubet fieri, quaecunque iubebit),
sed voluit monstrare deus, qua mente rogetur,
qualiter omnipotens se vult et iussit amari.
ostendit cunctis, ut nil praeponier unquam
debeat aeterno domino, qui cuncta creavit,
cuius amore pio sunt contemnenda pericla
vel quaecunque placent animis et quicquid amatur.
sic iactura fiat: praestat compendia damnum;
temporis exigui si sint dispendia vitae,
semper et aeternae felicia lucra dabuntur.
nec nudo sermone decet promittere tanta.
quid pater Abraham, quid Isac meruisse leguntur?
horum posteritas replevit gentibus orbem,
barbaries nec sola datur de germine iusto,
et Romana manus hoc est de sanguine fusa.
dat maior gentile genus germanus et hostis
et minor eduxit nos munera pacis amantes.
subiciat quisquam: 'sanctorum vera propago

in A: 125—127

si non praestat, et absit (absit *iam Glaeser*) *Vollmer cf. 2, 590;* Nescio sed minus est, quia deplacandus ademit quod pr. pot., ⟨quam⟩ si non praestet et adsit *Traube*
126 Non cupit insontum *B*, Nam caput insonti *A* **127** consumit *B*, non sumit *A* **128** *post* hostia *nihil in B, explevi* **130** vota *Vollmer (cf. 3, 725)*, uita *B* **136** praeponier *Arevalo*, -nerent *B* **140** dapnū B^1, *virgulam super* a *add.* B^2 **145** replevit *Arevalo*, -bit *B*

pacis amatores merito iusteque creavit;
numquid et inmites, qui gaudent sanguine fuso,
debuerat proferre simul feritate cruentos?'
haec illum responsa domant faciuntque silere:
non agnoscit iners animi, rationis egenus,
tempora quod mundi rebus sunt capta duabus:
aut pax est aut bella fremunt; quicunque duorum
alterutrum mos tempus habet, nec tertia res est
tempora quae teneat. dedit ergo tempora princeps
omnia perpetui generi manifestius Isac.
aetatem mundi retinens descendit origo,
continuans dominata manet per saecula mundi.
nec tempus retinet tantum, spatiatur in orbem,
qua profert tollitque diem sol luminis index,
qua nescit lustrare polos, qua flammeus urit;
imperat et pelago; caelum possedit origo
sancta prophetarum, tenet et loca magna piorum:
omnia possedit benedicti lata propago.
sed nec solus erat, quem spes secura futuri
egregie faceret praesentem temnere vitam.
ignea tres pueros fornax exceperat ardens
nomine pro domini; sed mox tepuere calores,
frigidus ignis erat, gelidis incendia flammis
mirantur cecidisse, simul non fervor anhelat
torridus aut aditum lambebat flamma camini.
crinibus ignitis ieiuna alimenta recusant,
fastidita fames, reiecto fomite pingui
non fuit ignis edax: quem roris spiritus afflans
imbrifer extinxit mitissimus angelus intrans,
cuius erat similis divinae prolis imago.

---

154 faciuntque M^2, faciantque B; dorment faciantque *Arevalo* **156** duabus *Arevalo*, duobus B **158** mos *Vollmer*, mox B **159** teneat *Arevalo*, -ant B **160** manifestius B^2, -stus B^1 **164** Qua *Arevalo*, Qui B **165** polos qua *Arevalo*, polos quam B **169** quem M, quęs B **170** Egregie faceret M^2, Faceret ęgregię B **177** fomite M, formite B

non vestis flammata viris, non crinis adustus,
pruna nec extremae laesit vestigia plantae
conculcata licet totiens gradientibus illis.
inlaesos pueros expavit Persa tyrannus:
'egrediantur' ait dominum confessus eorum
plenius atque suum solium iubet omnis adoret
Parthicus imperio subiectus regis et aulae.
saeva Danielem rabies atque ora leonum
non tetigere pium, cui destinat insuper escam
magna dei pietas, ieiuno utroque leone.
quis petit et vixit venator inermis harena?
amphitheatrales qui non tremuere furores,
cum crepitante sono productor verberat auras
(longius assistens Massylum ex arte lacessit
lintea fluxa trahens venabula longa tenenti
poplite subnixo, dura sub pelle lacerto,
inguinibus strictis, munito pectore nisa),
cum residens caveis inter spectacula festa
vota facit populus, ne †valida bestia †nota
†sanguinis ab ore †farte facies in morte ruborem?
quando duos pariter suscepit harena leones
praesidio sic apta fugae, spatiosior orbis,
clausa patensque simul bis seno cardine verso?
hinc vir adest atque inde fera, stans unus ad unum;
hinc armata manus ferro, hinc dentibus ora.
et tamen auxilio supra caput imminet alter,
morsibus inlisis ne bestia membra iacentis
vexet et horrorem faciat dilecta voluptas.

---

181 vestis *Arevalo,* uentis *B* **183** gradientibus *M,* grac- *B* illis *U,* illic *B* **186** solium *Arevalo,* solū *B* **190** leone *Arevalo,* -nē *B* **193** verberat *Arevalo,* -ret *B* **197** munito *Bücheler,* muto *B* nisa *Glaeser,* uisa *B* **199** populus *Arevalo,* -lis *B* ne ualida belua (bestia *substituit* B^2) nota Sanguinis ab ore farte facies *B,* valida ne bestia mala Sanguinem ab ore ferat faciens *conieci* **202** sic apta *Peiper,* si capta *B* **205** armata B^2, -menta B^1 **208** faciat *M,* -et *B* voluptas *Arevalo,* -ntas *B*

quis, rogo, tam saevas rabies compescere vindex
armatus praesumpsit homo? clarissimus ille
Alcides, quem monstra ferunt domuisse nefanda,
qui virtute polos meruisse est dictus et astra,
vix unum extinxit captum per colla leonem,
si tamen hunc verax per saecula fama locuta est.
sed hic plena fides hominis pietate tonantis
exegit virtutis opus, miracula summa.
ille dei famulus fuerat, non forte Dianae,
quae solet insontum fuso gaudere cruore,
sanguinis humani nunquam satiata catervis
hospitibus caesis; humana tabe madescens
Taurica per Colchos crudelis virginis ara. —
Petrus apostolico digne subnixus honore,
discipulus domini, crucis almae signifer et dux
gentibus innumeris positus sub lege fideli,
retia post pelagi vilissima piscis aquosi
praeco dei sollers et veri dogmatis index,
ianitor aethereus vel primus in orbe sacerdos
temporibus placidis Christo regnante, tonanter
quanta docens populos turbis miracula fecit,
impendens Asiae nulla mercede salutem
Europaeque simul, nixus virtute magistri?
et ne Roma diu nesciret munera Christi,
hanc Paulo comitante petit, pia iussa sequendo.
exorat precibus magicum per celsa volantem,
Simona mendacem sternit spectante Nerone:
ficta dei proles nimia est conlapsa ruina.
sic imitatorem sed non imitabilis ignis,

---

in C: 210. 212. 216—218

---

211 quem M^1, quę *B* **212** polos *B*, sua polos *C* **216** Exegit *B*, Exigitur *C* **218** insontum *B*, -te *corr. in* -tum *C* **220** madescens *B*, -scit *Glaeser* **229** docens M^2, duc- *B* **233** petit M^2, -et *B* **234** magicum *Vollmer*, magnum *B*, māgum *Arevalo*

fulmina mentitum percussum fulmine vero
sacrilegum cecidisse ferunt Salmonea regno.
ecce quid alma fides exegit ab arce tonantis,
ut vitas mortesque daret sermone fideli.
mors cita, vita redux verbo mandante cucurrit:
naturae famulatus adest servire paratus,
obsequitur dominique vices cognoscit agentem.
exigit hoc semper spes, sors pia, vita fidelis;
omnia nam constat precibus cito posse mereri
vivere quos libuit sub tali tramite vitae.
quid? si cuncta velim miracula currere sollers,
non mihi sufficient mortalis tempora vitae,
multa licet maneant sub quovis limite longo.
sed si forte legat haec carmina nostra profanus,
quem lateat lex sancta dei, ne incredulus extet,
impendat quid pura fides, praesumptio simplex,
nec tamen aeternum modico pro tempore quaerat
et neget Abraham tantum fecisse beatum
vel quoscunque docet sancta scriptura fideles:
historias curram Danaum gentisque Quirini,
qui pro laude sua vel qui pro regno alieno
mentibus infectis animosae cladis amore
ausi omnes scelerare manus de morte suorum
aut certe de strage sua. Menoecea Creontis
Statius ostendit quia fuso sponte cruore,
ut pater orbatus furiarum regna teneret,
Thebanos proprio perfudit sanguine muros.

---

in C: 248—249

---

238 fulmine *Arevalo,* cul- *B* **239** ferunt *M,* fer(ent), *ut vid., B*^{1}, *cui τ superscripsit B*^{2} **245** sors *B,* vox *Arevalo sat bene* **247** *ante* **246** *posuit Arevalo* **248** Quid *Vollmer,* Qui *B,* Nam *C,* Quod *Arevalo* sollers *C,* soleas *B* **251** si *Vollmer,* ne *B* **252** ne *Vollmer,* nec *B* **257** curram *Bücheler (cf. 248),* currant *B; possis et* currat *(cf. 279)* **258** Qui *et* qui *Arevalo,* Quid *et* quid *B* **260** Ausi *Arevalo,* Aut si *B* **261** me necea *B*^{1}, *coniunxit B*^{2} **264** Thebanos *M,* Te uanos *B*

si consanguineos scelus est iugulare propinquos
et furiale nefas: in se convertere ferrum,
hoc facinus nec nomen habet. sed nemo profecto
miretur hominum tam saeva piacula gentis:
non aliter potuit sceptrum transire profanum
ad successores quod gesserat Oedipus unquam
(nam ferus ipse Creon Iocastae proximus heres
et germanus erat); quasi lex est ipsius aulae
criminibus lacrimisque ducum sua regna dicare. —
Codrus Apollinei tripodis responsa petivit:
accipit infelix, alieni causa triumphi,
vestibus indutus famuli post arma tyranni.
nam cui bella negant, fecerunt iurgia mortem;
induviis mors est inopem simulare tyranno. —
ausa Leonidae nocturnaque bella legantur:
castra inimica petens invasit nocte silenti
et fuit una cohors tantum munita tenebris.
nox erat umbo viris, manus haec confisa periclis,
spe mortis praesumpta suae; qui luce repulsa
millenos petiere viros spernendo salutem.
invadunt populos, obscura strage cruentant;
dum nescit quemcunque ferit quicunque repugnat,
obtruncat socium, carum prosternit amicum,
amputat ignarus fratrem iugulatque propinquum.
dum pater obscura defendi nocte putatur,
sic ibi procubuit nati pietate peremptus;
viveret et vitam longo produceret aevo,
ni sobolem genitor nimiae pietatis haberet.

266 ferrum *M*, ferum *B* **270** oedipus *M*, hidippus *B* **271** creonio caste *B* proximus M^2, procimus *B* **273** dicare M^2, duc- *B* **274** apollinei *Vollmer*, -ine *B* petivit *Peiper*, retibit *B* **277** negant *M*, -at *B* iurgia M^3, iuria *B* **278** Induviis *Grosse*, In dubiis *B* **279** legantur B^2, -untur B^1 **282** umbo B^2, *om.* B^1 confisa *error typographi apud Glaeserum*, confusa *B* **289** pater M^2, pates *B* putatur *B*, *an* putabat? **290** ibi *Arevalo*, ubi *B*

foedera naturae rumpuntur crimine sancto,
nec reor esse nefas Persis occidere patres,
quos sua iura probant thalamis asciscere matres. —
ara Philaenorum Libycas possedit harenas
limitis exusti, fratrum memoranda sepulcra;
extiterunt aliis tamquam sibi mentis avarae.
nec caespes fecundus erat, sed limes adustus:
solverat in cineres coctas plaga fervida glebas,
hinc sitis inde fames steriles retinebat harenas;
portio telluris tantum concessa Medusae,
solis adusta rotis, nigris infecta venenis,
ignibus aethereis, gelidis obsessa cerastis;
inter serpentum glacies atque aeris aestus
ignorat mutare vices per tempora tellus,
puniceum retinens ingenti sole ruborem.
illic securi spatiantur ubique chelydri,
defendit quos flamma nocens, vel nulla potestas
est ibi sertorum, quorum sub iure tenentur.
quid facerent fratres, si florea rura petissent,
si tellus fecunda foret nimis ubere glebae
aut si vipereis non esset noxia tellus
flatibus et nullas mandarent sibila mortes?
nonne per extremos issent, qua flammeus axis
extendit vel zona polos rubicunda calore
aut hiemis glacies aeterno frigore tristis,
semper anhelantis torpens ignara vaporis?
haec plaga germanos nunquam prohiberet euntes,
limite sed posito niveas mensura pruinas

---

293 naturae rumpuntur *Peiper,* natura rerum punitur *B* **294** patres M^2, pares *B* **295** matres M^2, mať *B* **296** philenorum liuicas *B* **298** Extιтeř *B,* Extiterant M^3 **299** fecundus M^2, fac- *B* **300** coctas M^2, -am *B* **307** ruborem *M,* -re *B* **308** Illic *Arevalo,* Illi *B* celsydri *B* **309** vel *Glaeser,* ut *B* **310** Est ibi *Glaeser,* Et sibi *B* sertorum B^2 *in lacuna a* B^1 *relicta add.* **312** nimis ubere M^2, minis subere *B* **314** mortes M^2, montes *B* **316** vel *Peiper,* uelut *B* calore *Peiper,* col- *B*

finderet et Scythicas retineret facta paludes. —
quae Romanus amor patres implere coegit,
dicere si valeam, vero sermone probabo.
optima nam vindex exempla ac pessima Brutus,
horror amorque novus, civis pius, impius auctor,
iure pater patriae, natis et regibus hostis,
atque pudicitiae laesae castissimus ultor
post regale nefas, quod castae ingessit adulter,
latro maritalis, genialis praedo pudoris:
quod scelus admisit, postquam fera regna tyranni
expulit et gemino praestrinxit consule Romam
annua festivis disponens fascibus acta?
regia bella gerens naturae bella peregit,
membra cruore suo perfudit ab hoste reversus
consul et in sobolis vertit pia colla secures
hostibus aptatas, funesta fraude profanas,
civibus hostiles orbatricesque suorum.
ibat in exequias iuvenum execranda senectus:
unus erat vitae natorum et funeris auctor.
hoc scelus admissum? tam saevo crimine non est
dulcis amor patriae, qui patrem fecit amarum
aut fecit non esse patrem iam prole perempta
pro quibus arma tulit, hostes qui in pignore praebet. —
alter erat senior, qui natam perculit ense.
quando dolens genitor planctus de pignore fecit?
adfectus perimit, ne condemnanda libido
tolleret ingenua cum libertate pudorem.

---

321 et scythicas M^3 *et* R^2, esquaticas *B* facta *Vollmer*, tacta *B*, tracta *Arevalo* **324** brucus *B* **325** Horror M^3, Oror *B* ciuis *M*, cuius *B* **327** castissimus *B*, *an* durissimus*?* rigidissimus*?* ultor *Arevalo*, auctor *B* **328** castae M^3, caste *B* **329** Latro *Vollmer*, Iã *B*; *cf. Rom. 8, 4* **332** fascibus *B*, fastibus *(cf. Lucan. 10, 187) Hosius* **334** perfudit M^3, -undit *B* **335** Consul et in M^3, Consulet et *B* **343** praebet *V*, -ent *B* **344** natam *Arevalo*, natum *B* **346** Affectus perimit *Arevalo*, Perimit affectus (adf- B^2) *B* condemnanda M^2, condempna *B* **347** ingenua M^3, ingendia *B* pudorem *M*, -re *B*

causa pudicitiae naturae iura diremit,
libertatis amor vicit pietatis amorem.
inmemor hinc generis factus, non inmemor Vrbis,
sanguinis oblitus fecit de patre novercam.
virginis eximiae pater impius esse recusat,
ne sit avus famuli; pondus dicionis honestas
extimuit, formido fuit lasciva voluptas
illicitosque toros obsceno crimine captos
horruit iratus: gemitus virtute doloris
fudit virginei truculentus funeris heres,
libertatis honos solacia planctibus egit.
militis armati tantum potuisse dolorem
miramur populi, quia captus amore pudoris
hostis erat generis, prolis mors, sanguinis †hostis. —
quid Torquata manus? nato pro laude periclum
intulit ostendens, quae sit censura parentis.
nam nec culpa fuit. patriae pugnando triumphum
vulneribus dedit ille suis, quibus hoste perempto
contigit extingui, tamquam superata iuventus.
quamvis nemo suas stravit post bella cohortes,
reliquias gladii gladio fervente necavit,
addo, quod invictum dantemque ex hoste tropaea
moenibus ereptis patriae de clade duelli.
quis, rogo, dux princeps unquam est victoribus ausus
. . . . . .
aut quis adoratum populo laudante per urbes
inter victrices audax post bella cohortes
atque triumphales post horrida proelia currus

---

349 uicit *Arevalo,* uincit *B* **351** patre *M,* parte *B* **353** famuli *Arevalo,* -lus *B,* -lis *Glaeser* **356** iratus *Arevalo,* -tos *B* **357** Fudit *Arevalo,* Fundit *B* heres *add.* B^2, *om.* B^1 **358** honos *Vollmer,* honus *B* **360** Miramur *B,* -antur M^2 **361** *in fine* hostis *B,* haustor *Arevalo, quod non plene mihi sufficit* **367** suas *Arevalo,* sua *B* **368** gladii *Vollmer,* -iis *B* feruente *B,* feriente *Arevalo* necavit *idem,* -bit *B* **369** trophea *B* *post* **371** *versum excidisse opinor*

percuteret sublime caput, lamenta triumphis
iungeret et laetis misceret tristia rebus?
oppressit votiva dolor, festiva recedunt,
publica funereo turbantur gaudia luctu.
paenituit vicisse ducem, cui gloria mortem
intulit, et miles bellorum prospera flevit.
dum lueret victor poenas virtutis honestae,
maxima iustitium victoria grande paravit.
vindicat hostiles gemitus fera dextra parentis,
sanguinis ingessit pietas inimica dolorem;
barbara quem rabies hostili cuspide missa
si fudisset atrox, res publica tota doleret,
pullati proceres, vadimonia nulla fuissent,
crinibus effusis lacerasset pectora palmis
inlustris matrona dolens, plebea lacertos
scinderet ungue secans vultus pia turba modestos;
ut quondam Iliades fleverunt Hectora matres,
nympharum ceu turba suum tunc planxit Achillem,
ut Brutum planxit maesta cum plebe senatus
(non aetas, non sexus erat, qui funus acerbum
non gemeret reputando suum): Torquata propago
sic est plancta diu scelere prostrata parentis. —
Scaevola, flammipotens dextrae cum temneret ignis,
constituit punire manum, licet ipse fefellit,
non manus audaces animos: plus praestitit error,
ut sine morte ducis vir tantum laudis haberet.
non Romana nurus doluit per bella maritum,
non genitor natum planxit, non nata parentem,
non orbata parens deflevit funera nati

---

375 percuteret M^2, -re B triumphis M^2, -us B **377** dolor *Arevalo*, dolo B **380** fleuit M^2, fleuę B **381** honestę M, -ste B **382** iusticium B^2, uirtutum B^1 **384** pietas M^2, pietatis B **389** matrona B^2, materna B^1 **391** iliades M^2, illa dies B fleuerunt M^2, fleuer̃ B **392** ceu B, *non opus est* seu achillem M^2, -es B **397** Scebola B cum temneret ignis *Vollmer*, contempere dignus (*corr. in* -is) B

nec germanorum mortem flevere sorores.
nec bellum pax ulla ligat pretiumve redemit:
una manus tantum bellum compressit inermis. —
quid Romanus eques? vasto telluris hiatu
praecipiti iactu demersus sponte per umbras
Curtius ingemuit, cum vivum terra cadaver
sorberet armato deterrens funere manes.
fortis et incolomis populo mirante sepultus,
vir galeatus adhuc ferrato pectore visus
inter Tartareas sic descendisse tenebras.
pallida gens Erebi, poenarum portio tristis,
tertia sors, quae lucis inops damnata laborat,
credidit Alcidem praedam repetisse secundam
aut alium vatem casus renovasse sinistros,
Amphiarae, tuos, quem perfida vendidit uxor. —
quid Romana fides? legatio Punica missus,
terror Agenoridum, maior Carthaginis hostis,
Regulus implevit, horrendae mortis amator,
odia: constipans magnum cum plebe senatum
compulit infelix ad inexorabile pactum,
captis lege data Poenorum in viscera ferrum
per iugulos transire suos et pectora dura.
inmemor uxoris natos contempsit et Vrbem,
libertatis opem, nec ferrea vincla tenebant
captivum tunc forte ducem; iam liber agebat
inter patricios, praetores atque tribunos
plebis adorandae, domuit quae viribus orbem.
institit occidi, ne esset post bella superstes

---

404 mortẽ *B*, mortes *Arevalo* **408** demersus M^2, dimersis *B* **409** Curtius M^2, Cercius *B* **410** deterrens *M*, de torrens *B* **413** Inter M^2, In *B* **418** Amfiara & uos *B* **420** Terror agenoridum M^3, Terror (a *add.* B^2) genitori dū *B* **422** constipans *Vollmer*, constinans *B* amator? Odia continuans *Bücheler* **424** Poenorum *Vollmer*, pœnarum *B* **425** suos *Grosse*, & uos *B* **426** urbem *Arevalo*, urbes *B* **430** quae *M*, que *B* **431** ne M^2, nec *B*

hostis Elissaeus, quem par fortuna tenebat
cum duce Troiugenum; qui tempta luce reversus
in sua membra furens tormentis intulit artus,
pervigil extingui gavisus lumine nudo,
ut plus terreret Tyrios de morte minaci
quam gladiis, cum bella daret pugnamque cieret:
mox senis emeritum formidavere cadaver. —
intemerata fides ad quae fera bella Saguntum
compulit atque famem vel saeva incendia mortis?
Hannibal inclusis nullo surgente reatu,
praeter quod fuerant Romanae gentis amici,
crimen amicitiae reputans, pro laude periclum
intulit et poenas exegit ab urbe fideli,
perfida quas lueret sub iusto vindice turba.
intoleranda semel toleravit mensibus octo;
quae nec sponte fidem violat nec clade coacta,
victa caterva fame: gladios ut vinceret hostis,
incendit patriae populos cum moenibus urbis
et sibi dat cum morte fugas; secura sepulcri
poscit ab igne neces, hostis sua iure triumpho
subducens et colla iugo: rogus omnibus unus,
moenia sunt patriae tumulus, cinis omnibus unus. —
sic Numantini pro libertate cremati
in cineres iacuere suos cum moenibus urbis.
nec iuga Romani fuerant metuenda senatus:
parcere victor amat, sed debellare rebelles
urget et hortatur; veniam donare suevit;

---

432 eliseus *B* par M^2, pari *B* tenebat M^2, -bant *B* **439** ad quae M^2, adq; *B* saguntum M^2, -tur *B* **441** inclusis *Arevalo*, -sos *B* **442** fuerant *M*, -rat *B* Romanae *Glaeser*, humanę *B* **445** uindice *Arevalo*, iudice *B* **447** Quae *Arevalo*, Qui *B* sponte fidem *idem*, sponteridẽ *B* **448** caterva fame *Glaeser*, caterue ame *B* **450** fugas M^3, fugos *B* **451** igne neces *V*, igneces *B* **453** *om.* B^1, *add.* B^2 *in margine* patriae *Vollmer*, patria et B^2 **454** Sic Numantini *Vollmer*, Signũ antim *B* cremati *Vollmer*, cremat *B* **457** debellare M^2 *(cf. Verg. Aen. 6, 853)*, reb- *B*

pacis et armorum similes portasse triumphos,
invenire magis, cui dent post bella salutem
quam bellis punire volunt. sic ⟨urbs⟩ tamen illa
libera conspirans flammis civilibus arsit,
non iram metuens clari post bella senatus,
sed veniam; qui liber erat, servire recusat,
nec pavor est ⟨mortis⟩, dominatio sola ⟨timetur⟩
mentibus ingenuis necdum speraverat ullus
quae nos aeternae speramus munera vitae. —
sed ne forte viris tantum data verba putentur
et quasi sexus iners, fragili sub corpore mollis
laudis onus metuens, ne sit sibi fama superstes
tormentis quaesita suis, aeterna recuset
plurima dona dei — laudis mala femina summae
materiem retinere potest; audacius illis
deprensis nihil est, animos de crimine sumunt
datque nimis grandem mulieribus ira furorem.
unde igitur furiale nefas assumere possunt,
inde pios animi rapiant sub pectore motus
et faciant quod honesta decet, quod fama pudoris
exigit et vitae prodest sub laude futurae.
Iudith Holofernem castissima finxit amare
et sibimet peperit de ficto crimine laudem
castra ducis metuenda viris ingressa virago.

---

in C: 480—481

---

460 Inuenire *B*, -isse *Arevalo* **461** bellis M^2, uellis *B* urbs *om. B, add. Arevalo* **462** arsit *Peiper*, assit *B* **465** mortis *et* timetur *add. Vollmer, om. B* dominatio *idem*, -ati *B* **466** necdum *Vollmer*, nec *B*, nec tum *Bücheler* speraverat *Vollmer*, separant *B* ullus B^2, ulnis B^1, *ut videtur* **470** Laudis onus *Vollmer*, Laudisonos *B* **471** quaesita suis *Glaeser*, quesitas uita *B* **474** Dephensis *B* de *B*, a *Iuv. 6, 285* **476** furiale M^3, furię *B* **478** quod *Arevalo*, quid *B* **480** olofernē *B*, holoferni *C* castissima *C*, aptissima^{ca} B^{1+2} amare *B*, amorem *C* **481** deficto *B*, de fincto *C*

inter belligeros fremitus et tela cruenta,
inter et ensiferas saevo sub Marte catervas
ingreditur vestita fide, munita pudore
et quod tanta manus non est adgressa virorum,
nocte sub obscura perfecit femina sola
et duce truncato viduavit castra tyranni,
quae caput ad patriae proceres portavit et urbis
civibus una dedit cum libertate triumphum.
femineo mucrone perit dux fortis et audax;
quem non bella domant, domuit promissa voluptas;
haec sperata licet, non est perfecta libido
et certae noctis poenas persolvit adulter
inpollutus adhuc nullo sub crimine facti. —
femina prima ducum Nino viduata marito
invasit thalamos et regnum prolis amatae:
exhibet infelix incesto pectore matrem
et sibi socrus erat fili turpissima coniux;
bella diu gessit iuvenem mentita sub armis. —
quis neget et Scythicae Tamyris crudelia bella
cum duce Persarum Cyro sub fraude peracta?
ultrix facta sui post tristia funera nati,
cum regale caput demissum sanguine multo
clausit in utre cruor, quem mens furiata dolore
fuderat innumera iuvenum cervice recisa. —
casta quid Euadne fecit Capaneia coniux?
dum post sulphureos iaculati fulminis ictus

in C: 483. 485—486. 489—490

483 Inter *B*, Ingreditur inter *C* **484** ensiferas *Arevalo*, sensiferę (*corr. in* ens- B^2) *B* catervas *idem*, -uus *B* **485** fide *B*, fidē *C* munita *B*, uita *C* **486** tanta manus ⟨non *add.* B^2⟩ est *B*, manus tantum aliorum non est *C* **489** pātrie *C*, patrē *B* urbis *Vollmer*, urbes *B*, urbem *C* **494** certe *B* **496** Nino *Arevalo*, uno *B* **501** et scythicae tamyris M^3, exquitice tamhirus *B* **502** cyro M^2, quiro *B* **504** demissum *Glaeser*, dim- *B*, demersum *Arevalo* **505** dolore M^2, dolo *B* **507** quid *Glaeser*, quod *B* capaneia M^2, -nea *B*

ignibus appositis arderent ossa mariti,
conscendit mors viva rogos. viduamne vocamus,
quae simul infernam cum coniuge venit ad urbem? —
dives Dido fugax extincti coniugis ultrix
urbis Elissaeae perfectis moenibus amplae
ipsa pyram manibus propriis construxit ut aram,
quam pedibus furiata suis conscendit et arsit.
impulit ad flammas adcurrere funera viva
aut amor Aeneae, veniens aut terror Iarbae. —
quid formosa nurus populo spectante pudica
post maculam thalami Lucretia casta peregit,
quam tulit infelix alieni poena furoris?
ut rea procubuit nullo surgente reatu,
concidit ense suo, mansitque superstes adulter,
qui solus feriundus erat mercede pudoris. —
milia femineis numerantur ubique catervis
exempla scelerum: modicae vel laudis amore
aut certe fecere pie pro numine vano.
conficti sermone dei, quos fabula mendax
extulit et miseros incassum adorare coegit,
unde nihil meriti, sed vitae damna tulerunt,
cum sit nemo deus nisi noster ubique tremendus.
omnia praecepti solo sermone creantur,
ipsius imperio, per quem stant cuncta per aevum.
ecce deus verus, de quo nil fingitur, in quem
fabula nulla cadit, quem nunquam verba diserti
exornant aut forte notant, cui tempora nil dant

in A: 530—535

510 uocamus M^2, uac- *B* **511** urbem *B*, *an* undam? **513** elisaeae M^2, elisę *B* amplę *B*, ample *U* **514** pyram M^2, puram *B* **516** adcurrere *M*, adcurre *B* **520** Quâ *B*, *an* Cum? **523** feriendus *M*, feriandus *B* **525** modice *B* amore M^2, -res *B* **526** pię *B* **528** incassū adorare *sic B* **529** meriti *Vollmer*, me cristi *B* dapna *B* **532** stant *A*, sunt *B* **535** forte *A B*, sorde *Arevalo*

aut tollunt currente die: qui saecula mutat
nec mutant hunc saecla tamen, quia quod fuit hoc est,
hoc erit aeternus, qui praesens constat ubique.
omnia dat tollit minuitque volatile tempus:
incrementa deus vel detrimenta recusat;
idem semper erit, nunquam mutabilis aevo,
qui cum sit dominus, se vult tamen esse parentem:
exhibet impendit praebet; testatur adoptat
nos genitos vocitare suos: nos ergo fideles
vivere debuimus tamquam factoris imago,
quos doceat factura dei pietate magistra.
rex pie, bellantum comitata potentia supplex
fit quodcunque iubes: effectus iussa sequuntur.
stat famulans natura deo constructa elementis,
nescia, quid iubeas, donec praecepta repente
audiat et domino citius parere laboret:
exultans iussisse sibi gavisa ministra
perficit iniuncta placido sermone iubentis
et rerum natura parens famulata tremescit
per quem celsa poli tellus mare sidera constant
et gestit servile pavens. quota portio rerum
nos sumus audaces, ut contemnamus acerbe
imperium caeleste truces? par causa locatur
nostra deique simul: qui vult sua vota venire,
impleat ipse dei. simili dicione voluntas

---

in A: 536—546. 548—557 **539** *exhibet Columban. v. ad sat. 247*

---

536 tollunt *A*, recolunt *B* mutat *B*, mutant *A* **537** *ut supra A et* B^1 *in contextu, supra tamen* B^2 *adscripsit ita:* Saecula nec tamen hunc mutant q. q. f. h. e. **539** dat *Columban.*, qui *B*, *om. A* **542** cum *B*, dum *A* se uult *B*, uult sed *(et* r(equire) *in marg.) A* **546** doceat *A*, deceat *B* **553** Perficit *B*, Perfecit *A* **554** natura *B*, -rā *(virgula deleta) A* **556** gestit *A*, gessit *B* **557** contempnamus *B*, -mur *A* acerbe *A*, -ue *B* **558** causa B^2, -se B^1

servorum dominique manet pietate modesta.
qualiter optamus nostra spe vota mereri,
cum nos iussa dei fieri contemnimus ultro?
nec sumus ignari, quid sit fas quidve nefastum:
gens scelerata sumus, nil de pietate merentes,
quorum primus ego plus quam peccator habendus.
quando fatebor enim scelerum simul omne, reatum
pectoris et carnis? non si mihi ferrea vox sit,
ora tot exurgant, quot dentes ossibus albent,
aut mihi sint linguae, quantos caput omne capillos
pectinat, explebo numerum sine fraude fidelem,
sed satis est dixisse reum sub crimine cuncto.
quod tua iussa vetant, solus peccasse fatebor,
omne, quod horrescis, non me fecisse negabo.
quid prodest cuicunque nefas celare peractum,
cum iudex et testis ades deus unus et idem?
sacrilega quasi mente putem non omnia nosse
aut aliquid nescire deum, cui fraude nocebit
mens mea quod reticet, cum, si confessio simplex
indicet admissum, venia sperata sequetur:
qui negat, ipse sibi veniam iam sponte negavit.
ergo ego confiteor miseranda mente reatum
plenum, grande malum, non uno crimine partum,
nam scelus omne meum numeros superabit harenae
littoris et pelagi vincent mala nostra liquores.

in C: 564. 566—567. 572—577. 579—585; *in A:* 564—585

564 sumus *AB*, sum *C* nefastum *AB*, nefandum *C* **567** enim *AB*, *om. C* omne *AC*, ēē *B* **569** Ora tot *A*, Orator *B* quot *Arevalo*, quod *AB* ossibus *AB*, oribus *Glaeser* **570** sint *A*, sunt *B* **572** reum *BC*, rerum *A* cuncto *BC*, iuncto *an* uincto *A* **576** ades *B*, adest *corr. in* ades *A*, adest *C* **578** cui *AB* *(i. ego cui)*, sibi *Arevalo* **579** si *B*, sit *AC* **580** Indicet *AC*, Iud- *B* uenia sperata *AB*, ueniam sperare *C* **582** ego *AB*, *om. C* miseranda *BC*, -dā *A* mente *BC*, -tē *A* **583** Plenum *AB*, Planum *C* crimine *AB*, tempore *C* *cf. 592* **584** superabit *AB*, -uit *C*

non puto diluvium tantos punisse reatus,
quantos ipse gero culparum pondere pressus.
flumina me scelerum rapiunt quatiuntque procellae
et peccatorum torrens simul obruit unda;
me delictorum merserunt fluctibus amnes,
usque animam venit unda meam, gravis horror aquarum.
hei mihi, quod facinus non uno tempore gestum,
ut mea facta luam, tempus convenit in unum.
nunc ubi sit pietas, ubi sit miseratio prisca
aut tua quo, domine, clementia nota recessit?
oblitusne mei es? precor, obliviscere non me,
omnipotens, sed facta mea: gravor undique pressus,
vincla ligant, tormenta domant, consumit egestas;
ludibrium generis, dolor omnibus atque inimicus
factus et exutus magna de parte bonorum,
crinibus intonsus, pannis squalentibus usus;
notus et ignotus desunt, abiere parentes
et quibus impendi, mox discessere propinqui
vel quicunque fuit subito discessit amicus,
agmina servorum fugiunt, tempsere clientes
nec doluere meam tanta sub clade ruinam:
irascente deo solacia cuncta negantur.
hoc superest, ut vita cadat, nisi parcere mitis
iusseris afflicto, quem sic fregere dolores.
punisti errantem, nunc iam miserere fatenti.
paenitet en peccasse nimis, iam parce flagello:

---

in C: 586—590. 592—593. 599—601. 603—607. 610—611; *in A:* 586—598

---

590 merserunt *AC*, merseř *B* **591** meã *B*, mea *A* **592** Hei *AB*, Et *C* **595** quo *B*, quoque *A* **596** es *M*, ẽ *AB* me *B*, mei *A* **598** domant *B*, dominant *A* **599. 600** *ut supra B*, Ludibnum *(sic)* generis factus et exutus de parte bonorum *C* **600** et *C*, ex *corr. in* et B^1 **603** discessere propinqui *B*, discesserunt amici *C* **605** clientes *B*, dicentes *C* **606** meam *B*, meum *C* tanta *C*, tantã *B* ruinã *B*, -na *C* **610** nunc *B*, dñe nunc *C* fatenti *BC*, -tis M^2 **611** en *B*, *om. C* peccasse *C*, portasse *B* parce *B*, parte *(?) C*

nam nequeo tolerare miser tot cladibus actus.
accipe, quaeso, satis, precibus ne clauseris aures
nostris, sancte, tuas, qui das praecepta benignus,
ira hominis cum sole cadat de corde furentis
et veniam nox ipsa ferat: qui praecipis, ut sit
septies et frater clementior atque modestus:
fac fieri, quod et ipse iubes, miserere roganti
et lacrimas intende meas, quas fundo diurne
tristis et extenso prostratus corpore plango.
me miserum! qui tanta fero, cui tanta parasti
supplicia scelerum, peccans licet acrius uri
debueram, qui saeva diu delicta peregi.
addo, quod et vita brevis est, mors longa moratur.
magnus es, omnipotens, qui scis, cui iusta parasti.
eripe me his, invicte, malis in corpore sanum,
exitio succurre meo. lassatus anhelo,
tot fractus hinc inde malis. ignoscere gaudes:
eripuit tua sancta, pater, clementia morti
agmina peccantum (veniam donare suetus
ad quaesita reis veniam conversus adoro),
post scelus evasit vitae melioris honestas.
tu pius et clemens populo peccante Ninive
iratus non es, potius miseratus eorum es

sunt in C: 613. 618—631; *sunt in A:* 613—619. 625—630. 632—634; *in B desunt* 623—634

613 aures *BC*, aurē *corr. in* -es *A* **615** cadat *B*, cadit *A* furentis *A*, fruentis *B* **617** Septies *A*, Sepius *B* **618** roganti *C*, -tis *AB* **620** extenso *B*, extaenso *(sed* t *ex* p?*) C* **622** Supplicia His *C*, Supplicii *B* **623—677** *om. Bς* **624** est *Bücheler*, est et *C*, et *WMeyer* *vide ne post* **624** *complures versus perierint* **625** cui iusta *C*, quibus ista *A* **626** inuicte *A*, -ta *C* **628** fractus *an* fructus *incertum in C*, fluctus *A* hinc *A*, hic *C* **629** morti *A*, -tes *corr. in* -tis *C* **630** peccantum *A*, -atum *C* **631** Ad quaesita reis *Vollmer*, Adquisitā reis *C*, Adquisitam aliis *Rossberg* **633** peccante *Vollmer*, -ti *A*

suppliciumque necis spondes . . . . . ,
qui veniam missurus eras vitamque parabas
exitium mortis iam praedicante propheta,
mendacemque facis famulum sermone fideli;
Iona tamen sine fraude reus mendacia verba
prodidit et veniam meruit post viscera cetae.
in cruce pendentem veniam meruisse latronem
novimus et dominum venientem in Tartara Christum:
ergo, deus, miserere mei; iam te rogo solum.
qualiter ipse vides, me paenitet ante quod egi:
omne nefas placitum iam nunc suspiria damnant;
flumina dant oculi, gemitus praecordia rumpunt
et lacrimis maduere genae; ieiunia reddo
pallidus et macie confectus pectora tundo.
en genibus curvis palmas extendo supinas,
cum manibus tibi vincla levo stridente catena,
carceris horrorem, suspendia, verbera passus
obscenamque famem, quam maior traxit egestas.
me miserum, quanto cecidi de culmine lapsus!
ille ⟨ego⟩ qui quondam retinebam iura togatus,
exemi de morte reos, patrimonia nudis
divitias mea lingua dedit rapuitque tenenti
ac servile iugum vel libertatis honorem:
† nam quod tua accusando dii defensor amavi;
inpunitates vendens poenasque nocentum

sunt in C: 643—659; *sunt in A:* 635—649; *in B desunt:* 635—659

635 necis *Vollmer,* nescis *A* *lacunam statui,* miseratus eorum es *A ex v. 634* **640** cete *A* *post* **642** *possunt excidisse aliquot versus* **643** mei *AC, an* mihi? *item 668* **644** penitet ante *C,* penitenti *A* **646** rumpunt *C,* -pit *A* **647** *post* genae *spatium 3 litterarum vacuum in C* **649** En *A,* Et *C* **651** verbera *WMeyer,* et uerbera *C* **653** quanto *WMeyer,* quanta *C; cf. Sedul. pasch. carm. 5, 135* **654** ego *add. WMeyer, om. C* iura togati *WMeyer,* iuret hogatus *C* **657** Hac *C* **658** *ut supra dedi, C;* Non te accusando nec te def. amavi *scriberem nisi suspicarer centonarium suo more duos contraxisse versus*

insontumque simul pretio delicta coegi
ad caput ⟨haec⟩ hinc inde meum, quibus opprimor, olim.
nunc tamen agnovi sine te nil posse moveri
grande vel exiguum, medium minimumque profundum:
da mihi iam veniam, finem concede malorum,
vincula solve mea, stridentes frange catenas,
pelle famem, disclude sitim, compesce dolores,
omne quod admisi facinus crimenque relaxa.
iam miserere mei; custodia longa fatigat
inter anhelantes gemitus cladesque diurnas.
nil peto difficile (spes est mihi posse mereri),
nil licet, omnipotens, per saecula cuncta profecto
sit tibi difficile: prosint mihi tanta flagella,
ad veniam sit poena ferax; meminisse iuvabit,
cum pius indulges et haec ad gaudia transfers:
erige prostratum, vindex, adtolle iacentem
et repara adflictum tali sub clade malorum.
quae per me cecidit, per te spes nostra resurgat.
munera percipiam domini redeunte favore
quicquid amara dies quocumque †tempus †deĭsit.
lucida redde, precor, qui tempora subtrahis Iob
aspera, restituens quicquid malus hostis ademit.
arida qui reparas antiquis mortibus ossa,

sunt in C: 660—661. 664—669. 674—678; *sunt in A:* 662—664. 666—677; *in B desunt:* 660—677

660 Insontumque *WMeyer,* -temq; *C* delicta *WMeyer,* -to *C* **661** haec *add. WMeyer, om. C,* et *Bücheler* **662** nihil *A* **664** malorum *A,* malum *C* **666** disclude *Vollmer,* discute *A,* exclude *C* **667** amisi *A,* admissi *an* admisj *C incertum* **668** fatigat *A,* -gar *C* **670** mereri *Vollmer,* misereri *A* **673** poena ferax *Vollmer,* pene ferox *A* **674** Cum *A,* Iam *C* indulges *Vollmer,* -gens *A,* -ge *C* haec *Vollmer,* hoc *A,* me *C* transfers *A,* -fer *C* **675** uindex *C,* unde *A* **676** tali *A,* -lem *C* **677** cecidit *C,* -di *A* resurgat *C,* -it *corr. in* -at *A* **678** Munera percipiam *B,* Munere praecipuum *C* **679** dies B^2, fides B^1 quocumque tempus deĭsit *B,* quodcumque et tempus ademit *Arevalo* *v.* **680—686** *post* **707** *transposuit Arevalo* **687** Lucida M^3, Lucito *B*

quae membris rediere suis clamante propheta
atque homines factura rubent reptante cruore.
humor ad absumptas intraverat ante medullas,
nascuntur venae, iam nervis membra ligantur,
iam tegit ossa cutis multos distenta per artus;
quaerit colla caput, constringit guttura cervix,
verticis eximii replentur et ossa cerebro:
inde duces oculi gemmato lumine vibrant
et palpebra tegunt lucis nudantque fenestras,
scaena capillorum fundens a fronte coronam
tempus et omne caput vestit de crine decorum
atque supercilium gemino super imminet orbi.
naribus obductis duplex data semita vento
et geminae rubuere genae, lanugine malae
crispantur revirentis adhuc post ossa senectae
mortua temporibus multis olimque sepulta.
ordine muratum dentes cinxere palatum,
ut bene verba sonent ipsis modulantibus ora,
obsessamque domant densata repagula linguam
et pontem factura iacet sermonibus oris;
interpres mentis, secreti pectoris index,
echo voluntatis tacitae vel cordis imago
verbere distinctas spargit per murmura voces,
omne nefas atque omne bonum dictura loquendo;
dentibus adduntur rubicundo labra flabello.
accedunt humeris remorum more lacerti,
brachia iunguntur, vola nascitur et manus omnis,

---

693 uenae *M*, bene *B* membra *M*, membraq; *B* ligantur B^2, leguntur B^1 **695** Queř (*i.* -it) *B*, Querunt *M* constringit M^2, -gunt *B* ceruis *B* **697** gẽmato *B*, geminato *M* **699** fundens M^3, funde *B* **701** gemino B^2, -net B^1 iminet *B* **702** semita *M*, seminata *B* **704** reuirentis *Arevalo*, uentis *B*, uiuentis *Bücheler* **706** muratum *Arevalo*, mor- *B* **680** densata *B*, dentata *Glaeser* repagula *M*, -bula *B* **681** Et *sic B* iacet *B*, latet *Arevalo* **683** Echo voluntatis *Pitra*, Ecliouolũ tantis *B* **685** bonum B^2, boum B^1 **686** flabello *M*, fab- *B*

unguibus armantur digiti sub dispare forma.
curvis spina latus complectitur aspera costis,
pectora circumstant crates iugulique ligantur;
cetera membrorum currit compago per artus,
usibus officiis aptantur cuncta ministra:
aedificant hominem longae fraumenta ruinae.
ante tamen quam membra forent compage ligata
iam prior auris erat, quae audivit verba tonantis.
Persarum rector timuit post regna bubulcum
inter prata pecus, sed post regnavit in arce:
me, rogo, iam repara sub libertate solutum
clade catenarum ferrato pondere pressum.
sit vitae requies, animae sint otia fessae,
sit secura dies, sit nox cum munere noctis,
sit fortuna redux, sit virtus usque senectam,
sit venerandus honos et quicquid vota precantur
aut amissa dolent, totum pietate reforma.
nosco quid iratus vel quid mitissimus ipse
des, pater: adverto, non est formido salutis,
sed veniam sperare licet. res ipsa probavit,
quod vivus sum: mortis inops pietate reservor,
non ira, nam si domini gravis ira fuisset,
non me differres, subita sed morte necares,
ne peterem veniam, quam nunquam, sancte, negasti,
aut ut non essem prorsus, cui parcere posses.
servatum reparare iube pietate sueta,

in C: 720—725. 735; *in A:* 720—726

710 dispare M^3, -ri *B* **711** Curuis *M*, Cur bis *B* **714** aptantur *M*, abst- *B* **715** fraumenta *sic B*, fragm- *M* **721** pressum *C*, -us *AB* **722** animae *AB*, queso *C* otia *BC*, ode *A* **722—726** *post* **744** *posuit Arevalo, at praeter B etiam ordo in C obloquitur; A anceps* **723** noctis *B*, somni *AC* **724** senectam *AB*, -ta *C* **725** uota *AC*, uita *B* precantur *A*, -atur *BC* **727** quid *bis M*, quod *bis B* **731** ira *V*, irā *B* **732** necares *B*, *non opus videtur* necasses **734** cui p. posses *Arevalo*, qui p. possē *B* **735** sueta *B*, benigna *C*

ut merear cantare tuas per carmina laudes.
quamvis nemo tua praeconia congrua dixit
aut unquam dicturus erit, nam formula laudis
temporibus tribus ire solet, tu temporis expers.
numquid habes, deus, 'ante' tuum vel 'post' cadit in te?
si laudator abest, narrator plenus adesset,
sed quis opus narrare tuum sermone valebit?
suspexisse deum satis est de corde trementer
et lacrimis precibusque piis veneranter adire:
'sint reduces sensus, mens sana in corpore sano,
sit mihi longa dies felici tramite vitae,
sit bona vel perpes felix numerosa propago,
sit sine tormentis post corpus vita futura.
noxia mens non sit, non sit rea, non sit iniqua,
sit requies animae, quae mox purgata quiescat.
iudicio, deus alme, tuo detur inde triumphus,
inter odoratos flores et amoena virecta
in nemus aeternum veniam sedesque beatas
et grates exceptus agam de fasce malorum,
additus insonti populo sub sorte piorum'.

---

in C: 736. 745—748. 750—755

736 carmina *B*, -ne *C* **744** ueneranter *M*, -ant(ur) *B* **745** sensus *C*, tenuis *B* sana B^2, sano B^1 **747** bona *C*, homo *B* perpes *C*, perplex *B* **748** corpus *B*, tempus *C* **749** *vide an post* **745** *ponendus sit* **750** Sit *C*, Et *B* que mox *C*, qua nox *B* **751** triumphus *B*, -ans *C* **752** odoratos *C*, -tus *B* **753** In nemus *C*, Quamuis ad *B* ueniam *C*, uenit *B* beatas *C*, -tus *B* **754** grates *C*, gr(ati)as *B* de *C*, ex *B* Explicit liber S. Augustini de laudibus dei *subscripsit B*

SATISFACTIO

Rex immense deus, cunctorum conditor et spes,
quem tremit omne solum, qui regis igne polum,
sidera flamma dies quem sol nox luna fatentur
auctorem, dominum saecula cuncta probant:
principio seu fine carens et temporis expers
nescius alterni nec vice functus agis,
omnia permutans nullo mutabilis aevo
idem semper eris qui es modo vel fueras;
nil addit demitque tibi tam longa vetustas:
omnia tempus habent, nam tibi tempus abest;
qui mentes hominum qua vis per singula ducis
et quocunque iubes dirigis ingenia,
qui facis iratus homines contraria velle
propitiusque iubes ut bona cuncta gerant.
quicquid agunt homines, bona tristia prospera prava,
hoc fieri ammittunt ira favorque dei:
hoc tua verba probant Moseo dicta prophetae,
quod duraturus cor Pharaonis eras.

SATISFACTIO — *non apposui omnes varietates ex recensione Eugenii, qui hoc carmen licentissime tractavit, sed eas solas, quae in exemplari Dracontii Eugeniano diversas fuisse lectiones coarguere videantur. ubicunque varietatibus non adscripsi lectionem Eugenii, aut omisit ille versus aut plane mutavit. — titulus deest in V,* Incipit satisfactio Traconi ad Gunthamundum regem *D,* Incipit liber secundus Dracontii satisfactio pro se *Eug.*
1 inmense *V,* aeterne *DEug.* cunctorum c. e. sp. *V,* deus auctor c. e. sp. *D,* auctor rectorque serenus *Eug.* **2** tremit *DEug.,* timet *V* **5** seu *V,* s// *D,* sine *Rossberg* **8** Idem *DV,* Posthac (Noster *FP*) *Eug.* fueras *DV,* -ris *Eug.* **11** Qui *DV,* Tu *Eug.* quauis *DV,* quamuis *Eug. codd.* **12** ingenia *V,* -ium *D* **14** gerant DV^2*Eug.,* gerat V^1, *ut videtur* **16** ammittunt *V,* admittit *D* **17** Hoc *V,* Haec *DEug.* moseo *V,* museo *D*

sic mea corda deus, nostro peccante reatu
  temporis immodici, pellit ad illicita,
ut qui facta ducum possem narrare meorum,
  nominis Asdingui bella triumphigera,
unde mihi merces posset cum laude salutis
  munere regnantis magna venire simul,
praemia despicerem tacitis tot regibus almis,
  ut peterem subito certa pericla miser.
quis nisi caelesti demens compulsus ab ira
  aspera cuncta petat, prospera cuncta negat?
irascente deo mentes mutantur et artus,
  vertuntur sensus, vertitur et species:
Persarum regem Babylonae regna tenentem
  post decus imperii quis neget esse bovem?
et diademalem turparunt cornua frontem,
  mugitus pecudis verba fuere duci:
agricolam timuit post Parthica regna bubulcum
  summisitque pavens regia colla iugo,
erravit per prata vagus mala gramina pastus,
  et qui homo bos fuerat de bove factus homo est.
liquit et antistes serus pater ille Iohannis
  elinguisque fuit voce tacente silens.
ast ego peccando regi dominoque deoque
  peior sum factus deteriorque cane.
vulnera vexati curat sua lingua molossi,
  heu mea quippe mihi vulnera lingua dedit.

---

21 qui *D Eug.*, quid *corr. in* qui *V* **25** despicerem *D V*^{2} *Eug.*, -re *V*^{1} **26** ut *D V*^{1}, et *V*^{2} *Eug.* **28** negat *D V* (*scil.* petere), neget *Arevalo* **29** artus *D Eug.*, astus *V, ut videtur* **31** Persarum *D Eug.*, Persurũ *V* babylonae *V*, -iae *D*, -ica *Eug. cod. M*, -um *Eug. codd. F P* **32** quis neget *D V*, nouimus *Eug.* **33** Et *D V*, Tunc *vel* Tum *Eug.* **34** duci *D V*, ducis *Eug.* **38** homo bos *D V*, bos *Eug.* **39** Liquit *Eug. et V post rasuram*, Linquit *D V*^{1} serus *Vollmer*, verus *Eug.*, senex *D et V*^{1}, *ut videtur*, senior *V*^{2} io(h)annis *V Eug.*, -es *D*^{1} *et Eug. cod. F*^{1} **43** curat *D V*, curant *Eug.* molossi *D V*^{1} *Eug.*, -ssus *V*^{2} **44** mea *D V*, me *Eug.*

sed qui restituit pecudis post membra tyrannum
ut fieret rediens ungula fissa manus,
quique reformavit tacitae modulamina linguae
ne mutilante sono verba ligata daret,
ipse meo domino deus imperat atque iubebit
ut me respiciat restituatque pius,
servet, avi ut laudes dicam patriasque suasque
perque suas proles regia vota canam.
culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus,
quod sine peccati crimine nemo fuit:
nam deus omnipotens potuit, cum conderet orbem,
tristibus amotis gaudia sola dare,
sed diversa creans et discordantia iunxit
et bona mixta malis et mala mixta bonis.
sic elementa potens contraria miscuit auctor,
humida cum siccis, ignea cum gelidis.
littera doctiloquax apibus cognata refertur,
quis datur ut habeant vulnera castra favos:
cera dat ingenium pueris, primordia sensus,
inde fit ut praestet littera vel noceat.
aspis habet mortes, habet et medicamina serpens,
vipera saepe iuvat, vipera saepe nocet.
cerva salutares pasto serpente medullas
conficit et pellunt ipsa venena neces.

---

63 *Isidor. orig. 6, 9, 1* cerae litterarum materies, parvulorum nutrices, ipsae 'dant ingenium pueris, primordia sensus'

---

45 tyrannum *D Eug.*, -nni *V* **50** respiciat restituatque *Eug.*, restituat respiciatque *V*, *D non legitur* **52** suas *V*, suos *D* **53** uenia (-am *DV*) sed *DV Eug.*, sed uenia *Alcvin. mirac. S. Niniae episcopi v. 131, qui versum mutuatus est* **55** cum *DV*, dum *Eug.* **56** gaudia *DV*, optima *Eug.* **61** refertur *DV*, probatur *Eug.* **62** castra fauos (-bos *V*) *DV*, mella simul *Eug.* **63** ingenium *V Eug. (Isidor.)*, -nia *D* **64** prestet *D Eug.*, prosit *V* **65** mortes *DV*, -tem *Eug.* **66** nocet *V Eug.*, //// nocet *D* **67** medullas *D (cf. Lucan. 6, 673)*, medellas *V et exemplar Eugenii*

materies ferri simplex et noxia fertur,
impius inde nocet, rusticus inde placet.
ipsa parit gemmas pretiosos terra lapillos,
ipsa dat et vepres spinea ligna rosas.
delicias mortesque parat mare fluctibus altum,
et generat pelagi concula divitias.
aera temperies auris vitalibus aptat,
quae corrupta dies eripit atque animas.
aspera vel facilis retinet natura volucres:
blanda columba avis est, aspera vultur avis.
nubibus aggestis pluviae nix grando pruinae
gignuntur, vicibus igne vapore gelu.
sol dat temperies, species gratissima mundi,
cuncta creanda parans, cuncta creata fovens;
per quem fetat humus flores et messis aristas,
sole perustus ager putris harena iacet.
corpora sol reficit radiis et corpora vexat,
solibus alternis itque reditque salus.
omnia nec mala sunt nec sunt bona sidera caeli:
Lucifer hoc docuit, Sirius hoc monuit.
temperies caeli medium nec possidet orbem,
nam de quinque plagis vix habet ipsa duas.
quod caelum, quod terra, fretum, quod purior aer
non meruere simul, hoc homo quando habeat?
culpa mihi fuerat dominos reticere modestos
ignotumque mihi scribere vel dominum,
qualis et ingratos sequitur qui mente profana,
cum dominum norunt, idola vana colunt.

---

69 fertur *DV,* constat *Eug.* **75** auris *D Eug.,* auris *corr. in* auri *V,* auri *Eug. cod. F*[1] **76** eripit *DV,* corripit (-umpit *F*[1]) *Eug.* **77** Aspera uel facilis *DV,* Diras uel placidas *Eug. post v. 80 deficit D* **81** Sol dat temperies *V,* Sultat (Saltat *i. gaudet scripserit ipse Eug.*) temperie *Eug. codd.* **92** habeat *V,* habet *Eug.* **94** uel *(i. atque adeo ut) V,* nec *Eug.* **96** norunt *V,* -int *Eug.*

Israhelitarum populum sic culpa tenebat,
quando deum oblitus flens vitulum coluit.
et tamen indulges veniam poscentibus, auctor,
si sceleris facti mens rea paeniteat.
te precor, omnipotens, te quem decet esse benignum,
quem non ulla iuvat ultio, sed venia,
cuius sancta manus sustentat corda regentum
et pius inclinas mox ubicunque iubes:
te coram primum me carminis illius, ausu
quod male disposui, paenitet et fateor.
post te, summe deus, regi dominoque reus sum,
cuius ab imperio posco gemens veniam.
imperet armato pietas tua, prospera mandet
rex dominusque meus semper ubique pius:
nec mihi dissimilis quam quod solet esse catervis
sit pietate sua, sit bonus et placidus.
nam tua sunt quaecunque gerit quaecunque iubebit,
iudiciumque dei regia verba ferunt.
exorent haec pauca deum, qui mentis opertae
sensibus aetheriis condita vota videt.
ad te nunc, princeps, mea vela retorqueo supplex,
pectore mente rogans, voce manuque petens:
da dextram misero, veniam concede precanti,
tempore tam longo non decet ira pium.
nam qui inimicorum culpis veniale minaris,
captivosque tuos deliciis epulas —
puniat ut sit quod Christus, tu parcis iniquis,
vindice quo regnas, quo vigilante viges.

---

98 deum oblitus flens (flans *Arevalo*) *V*, oblita deum plebs *Eug.; potuit Dracontius scribere* deum oblita plebs **99** indulges *Arevalo*, -ens *V et Eugenii exemplar* **101** te quem *V*, quem sat *Eug.* **105** Te coram *V*, Coram te *Eug.* illius *Eug.*, ullius *V* ausu *V*, orsa *Eug.* **106** et *V*, en *Eug.* **110** dominusque meus *V*, deus omnipotens (dominusque F^1, meus *add.* F^2P) *Eug.* **111** Nec *V*, Sed *Eug.?* **119** precanti *V*, fatenti *Eug.* **121** Nam qui *V*, Namque *Arevalo, at apodosis incipit v. 149*

qui pereunt, bello soli moriuntur in hostes,
  qui superest pugnae, vivat, ut ipse iubes.
captivus securus agit solusque rebellis
  formidat mortem, praeda quieta sedet.
conservas animas, victum super ipse ministras,
  ne sit vita gravis subripiente fame.
nemo cadet sub iure tuo sub morte cruenta,
  scit se victurum qui volet esse tuus;
turba rebellantum quotiens oravit in armis,
  vinceret, aut certe praeda fuisset iners.
securus sine morte manus dat hostibus hostis,
  nam bene conservas colla subacta iugo.
sic leo terribile fremit horridus ore cruento
  unguibus excussis dente minante neces,
acrius iratus crispato lumine ferri,
  et mora si fuerit, acrius inde furit,
at si venator trepidans venabula ponat
  territus et iaceat, mox perit ira cadens:
temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadaver,
  ac ferus ignoscit, ceu satis accipiat,
et dat prostrato veniam sine vulnere victo
  ore verecundo deiciens oculos.
sic tua, regnator, non impia frangitur ira,
  cum confessus erit crimina gesta reus —
ignoscendo pius nobis imitare tonantem,
  qui indulget culpas et veniam tribuit.
principis augusti simile est ad regna polorum,
  ut canit ad populos pagina sancta dei:
sacrilegis referens caelestia iura catervis
  cinctus apostolica discipulante manu.

---

131 sŭb iure *V*, *at deest nota in margine*, de iure *Eug. codd. FP* **133** oravit *Bücheler*, forauit *V* **137** terribile *V*, -lis *Eug.* **139** Acrius iratus *V*, Acriter ardescit *Eug.* **141** At *Eug.*, Ac *V* **145** uicto *V*, uictor *Eug. fortasse vere* **149** nobis *Eug.*, non uis *V* **150** culpas *V*, -is *Eug.* **151** augusti *V*, imperium *Eug.* polorum *V*, superna *Eug.* **153** referens

nonne dei praecepta iubent ne sol cadat intrans
irascente alio, sed pius extet homo?
rex inimicorum iugulis mucrone pepercit
David et hic sceleris certus adulter inest:
confessus facinus veniam pro clade meretur
noxius impune vel sine morte reus;
insuper et Salomon, eadem muliere creatus
quae scelus ammisit, munus honoris habet:
non fit Abessalon heres de coniuge natus,
sed sceleris fructus sceptra paterna tenet.
ecce quid impendit patri clementia parcens,
ut sibi regna daret, haec daret et suboli.
ipse inimicorum Salomon non colla poposcit,
dum peteret dominum, sed sapientis opem:
extitit hic prudens, quia noluit esse cruentus,
pacificusque fuit consiliique tenax.
Stephanus ante alios lapidum sub grandine martyr
pro hostibus orabat sponte suis veniam;
haec bona simplicitas praestat ieiuna cruoris:
vir sine morte gerens nil habet ipse necis.
Caesar ubique potens hosti post bella pepercit
(et, quod erat peius, civis et hostis erat):
sponte facultatem redhibens reparavit honores,
inde vocatus abit dignus honore deus.
cuius ab imperio surgens et origine Caesar
Augustus meruit tempus habere pium;

V Eug., structura liberior pro referentis *et* cincti **154** Cinctus *V*, Vinctus *Eug. codd.*

156 sed pius *V*, ne malus *Eug.* **157** iugulis *V*, populis *Eug.* **158** et hic *V*, et *Eug.* sceleris *V Eug., an* sceleri? inest *V*, erat *Eug.* **160** reus *Eug.; om. V* **162** Quae *V*, Qui *Eug.* **163** fit Abessalon heres *V*, fuit hic Salomon casta *Eug.* **165** patri *Duhn*, patris *V Eug.* **166** haec daret et suboli *Eug.*, et sub *nihil amplius V* **168** Dum *V*, Cum *Eug.* **172** Pro *Eug., om. V* **174** gerens *V*, furens *Eug.* **177** redhibens parauit *V*, retinens reparauit *Eug.* **178** deus *Vollmer*, dei *V*, puer *Eug. codd.*, pater *Eug. edd.*

tempore namque eodem est natus de virgine Christus,
cuius et emicuit stella per astra poli.
dux princeps Romanus erat de principe Titus,
si non praestaret, dicere saepe solens
'perdidimus hac luce diem', si nulla dedisset
non exoratus praestita supplicibus.
alter ait princeps modico sermone poeta
Commodus Augustus, vir pietate bonus
'nobile praeceptum, rectores, discite post me:
sit bonus in vita qui volet esse deus'.
ecce quid impendit homini clementia simplex,
ut praestet bona dans conferat atque animae.
ne facias populum mendacem, qui tibi clamat
vocibus innumeris 'rex dominusque pius':
ut vox vera sonat 'dominus', sic vera 'pius' sit;
orbis in ore volat puplica merx procerum.
fama ducum mos est bellis collecta cruentis,
ex quibus occurrit saepe reatus atrox.
Gloria bellorum ducibus populisque triumphos
in commune datos dividit armipotens.
nam ducibus solis praestat clementia laudem,
non habet haec comitem participemque negat.
dicit 'in arma pares fuimus cum principe' miles,
'me pugnante' comes 'victor ab hoste redis':
numquid ut ignoscat rector, pars militis intrat?
soli qui ignoscit gloria laudis erit.

---

189. 190 *picti erant in ecclesia secundum cod. Laur. lat. 66,40 saec. IX; v. Traube, Perrona Scottorum p. 487 v. 16. 17*

---

181 est *V, om. Eug.* **186** non *V,* mox *Eug.* **187** ait *V,* item *Eug.* poeta *V,* profatur *Eug.* **189** Nobile *V Eug.,* -lem *Laur.* **190** deus *V,* diius *Laur.,* dei *Eug.* **195** sonat *Duhn,* sonet *V* **197** mos *V Eug.,* merx *Arevalo* **199** triumphos *et* **200** datos *V,* triumphus *et* datum *Eug.* **200** armipotens *V,* omnipotens *Eug.* **201** solis *V,* tantum *Eug.* **203** pares *V,* simul *Eug.* **204** redis *V,* redit *Eug.* **205** intrat *V,* instat *Eug.*

qui fodit adversos hostes certamina Martis
horrida concurrens, vincit in arma fremens:
rex, qui dat veniam subiecto et temperat iras,
plus quam turba facit, qui sua corda domat.
te deus aspiciens effundere nolle cruorem,
ut sine peccato, non sine laude daret,
contulit absenti terrae pelagique triumphos:
Ansila testatur, Maurus ubique iacet.
quod pereunt hostes, regis fortuna vocatur,
quod pereunt populi, temporis ordo regit:
nam si debilitas faceret discurrere mortes,
non caderent pueri aut femina sexus iners.
omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
tempora eunt vitae, tempora mortis eunt:
sex sunt aetates hominum procul usque senectam,
hae distincta tenent tempora quaeque sua.
numquid adultorum strepitus infantia simplex
vindicat aut fremitus pigra senectus habet?
non catulaster agit puerilia, non puer audet
attrectare tener Martia tela manu;
non furit in venerem nondum pubentibus annis
nec sub flore genae marcidus est iuvenis;
maturus tractat, gemit et tremebunda senectus
nescia fervoris vel levitatis inops.
numquid mox natas segetes viror armat aristis,
floribus aut genitis fructus inest subito?

---

219 *et* **220** *exhibet Columbanus, v. ad v.* 247

---

207 aduersos *Bücheler,* -sus *V* **213** Contulit *Eug.,* Consulit *V* **214** maurus *Eug.,* marus *an* masus *V* **219** trahuntur *V,* creantur *Eug.* **220** eunt *V,* sunt *Eug. Col.* eunt *V,* erunt *Eug.* tempora sunt uitae, sunt tristia tempora mortis *Col.* **221** procul usque senectam *V,* cuiusque senectae *Eug.* **222** Hae *V,* Et *Eug.* **223** adultorum *V,* -terii *Eug.* **224** senectus habet *V,* senecta gerit *Eug.* **225** catulaster *(ex* catus- *corr.)* agit *V,* catulastra gerit *Eug.*

novimus astra poli confectos perdere cursus
transactasque simul sic repetisse vias.
tempore luna suo crescit vel deficit orbe,
cuius ad aetatem plurima lege notant.
nam luna crescente fretum crementa resumit,
qua minuente polis est minor unda maris.
Cynthia dum crescit, fontes et flumina crescunt,
haec eadem minuunt, Cynthia dum minuit.
ipsa medulla latens observat cornua lunae,
observant lunae tecta cerebra globos.
sol oculus caeli radians fuscatur ab umbra
et tamen ad solitas itque reditque plagas,
ac recipit facies priscas lucesque resumit:
damna vel augmentum dant quae elementa ferunt.
alternant elementa vices et tempora mutant,
tempus habent noctes, tempus et ipse dies.
accipiunt augmenta dies noctesque vicissim,
ac minuunt cursus perpete lege poli.

---

247 *Columban. epist. ad Sethum (M. G. epist. III p. 185) his suis verbis*

61 pulchre veridici cecinit vox talia vatis
62 tempora dinumerans aevi vitaeque caducae

inducit versus Dracontii hos: sat. 219. 247. 249. 251, sequitur

67 sic iterum spisso vestitur gramine campus

quem unde sumpserit nondum agnovi (potest tamen esse ex Dracontii deperditis), deinde Dracontiani iterum sat. 259. 220, de deo 3, 539, sat. 253. 255, mutatis paucis quae ad singulos versus erunt adnotanda. ex Columbano, adiecto primo versu ex Beda, factum est carmen Anth. 676

---

236 lege notant *V*, sepe fiunt *Eug.* **237** crementa *V*, incrementa *Eug. nescio an recte* **239** *et* **240** Quintia *V* **240** Haec eadem minuunt *V*, Et minuuntur item *Eug.* **241** obseruat V^2 *Eug.*, obscurat V^1 **242** Obseruant *V*, Seruant et *Eug.* **246** Damna uel augmenta *Eug.*, Damnaue lamentū *V* dant quae *Arevalo*, dantq· *V* **250** Ac minuunt *Vollmer*, Amittunt *V*, Et minuunt *Eug.*

tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
  tempus et autumnum, tempus habet hiemes:
ver aestas autumnus hiems (redit annus in annum)
  quattuor alternant tempora temporibus.
omnia cum redeant, homini sua non redit aetas,
  sed velut acris avis sic fugitiva volat.
tempora sunt pacis vel tempora certa cruoris,
  otia tempus habent militiaeque labor.
tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi,
  tempora dant lucrum, tempora damna ferunt.
nubila tempus habent et tempora certa serenum,
  tempora servare iussit et ipse deus.
horam quaesivit faciens miracula Christus,
  horam speravit passio sancta crucis.
ut mi irascaris, qui sim †dignior ira
  tam magni regis iudicer esse tua?
quando per aetherias aquila volitante rapinas
  praeda cibusque fuit passer hirundo picus?
quando fames rabidi quamvis ieiuna leonis
  ut sit adoptavit faucibus esca lepus?
devorat egregios ingenti corpore tauros,
  et rapiunt aquilae † membrida membra pedes.
dat semel iratus veniam post vulnera pardus
  nec reduces morsus dat feritate pia.
despicit irasci pastoribus optima tigris,
  despicit et talpas flammeus ore draco.
fulmina non feriunt reptantia gramina terris
  nec modicas salices flamma trisulca cremat,

---

251 sunt florum *VCol.*, sic flores *Eug.* retinet s. t. messis *V*, retinent sic (sua *Col. codd.*) t. messes *Eug. et Col. cod. Mon. 17 208* *inde a v.* 252 *deficit Eugenii recensio* **252** autumnum, tempus habet *V*, -us, t. habent *Arevalo* **255** redeant *V*, -unt *Columb.* homini sua *Columb.*, hominis una (sua V^2) *V* **262** seruare *V*, -ri *Arevalo* **264** speravit *V*, servavit *opinor*, spectavit *Hosius* **265** sim *V*, sim si *Bücheler; opinor* sum? num **272** membrida *V, corruptum;* splendida *Bücheler, possis et* fervida **276** talpas *V*, -is *Arevalo* **277** Fulmina *Arevalo*, Flu- *V*

sed feriunt celsas pulsantes nubila cedros
et montes vastos proxima saxa polo.
sontes peccantes tantum sua culpa fatigat:
ecce etiam insontes noxia poena petit.
si ipse ego peccavi, quaenam est, rogo, culpa meorum,
quos simul exagitat frigus inopsque fames?
diluvio periere rei sine clade piorum,
Loth bonus et iustus tollitur ex Sodomis.
si non humani generis peccata fuissent,
unde pium nomen posset habere deus?
sed quia dat veniam populis peccata relaxans,
per pietatis opus nomen habet placidum.
si veniam frater fratri donare iubetur,
quid rex subiectis et dominus famulis?
si iustis solem dominus pluviasque dedisset
nec daret iniustis, quae fuerat pietas?
non quaerit veniam qui nil peccasse probatur;
nonne manus medici languida membra petunt?
materiem laudis praebet tibi culpa reorum
et titulos famae dat pietatis opus.
inclitus armipotens, vestrae pietatis origo,
et doctus, genio pronior ad veniam,
'non homini ignosco', dixit 'sed lingua meretur':
hic reus et doctus Vincomalos fuerat.
non laedunt delicta deum, sed laeditur auctor,
ni peccata dolens paeniteat sceleris.
qui poscit hac lege deum ut peccata relaxet,
debet et ipse suo parcere ubique reo.
non semel ignosci dixit lex sancta reatum,
sed quotiens culpa est, sit totiens venia.
dicam regnanti domino pia verba prophetae
'etsi peccavi, sum tamen ipse tuus'.

---

289 quid /// ueniã V^1, qa dat ueniã V^2; *possis igitur et* qui dat *legere* relaxans *ex* -ent *corr.* V^1, *ut videtur* **300** doctus *V, an* doctis? genio *primo omissum interposuit* V^1 **302** uinco malos *sic V* **310** Et si V^1, E *del.* V^2

da veniam, miserere, precor, succurre roganti,
pristina sufficiant verbera vincla fames.
sessorem, dum carpit iter, si cornea palpans
ungula concutiat quadrupedantis equi,
verbere corrigitur culpa plectente flagello,
non simul abscisi crura pedesque iacent.

Explicit satisfactio Dracontii ad Guthamundum regem Guandalorum dum esset in vinculis.

313 si *V post rasuram,* sic V^1*?* palpans *V,* pulsans *Arevalo; an* lapsans*?* **315** culpa *sic V, est nom.* **316** abscissi *Arevalo*

ROMVLEA

I

PRAEFATIO DRACONTII DISCIPVLI AD GRAMMATICVM FELICIANVM, VBI DICTA EST METRO TROCHAICO, CVM FABVLA HYLAE

Orpheum vatem renarrant ut priorum litterae
cantitasse dulce carmen voce nervo pectine
inter ornos propter amnes adque montes algidos,
(quem benignus grex secutus cum cruenta bestia
audiens melos stupebat concinente pollice:
tunc feras reliquit ira, tunc pavor iumenta, tunc
lenta tigris, cervus audax, mitis ursus adfuit,
non lupum timebat agna, non leonem caprea,
non lepus iam praeda saevo tunc molosso iugiter.
artifex natura rerum quis negat concordiam,
hos chelys Musea totos Orpheusque miscuit):
sancte pater, o magister, taliter canendus es,
qui fugatas Africanae reddis urbi litteras,
barbaris qui Romulidas iungis auditorio,
cuius ordines profecto semper obstupescimus,
quos capit dulcedo vestri, doctor, oris maxima.
nostra vota te precamur ut secundes, optime,
ante cuncta non recusans illud ipse pendere,

ROMVLEA I **1** renarrant *Bücheler,* enarrant *N* **3** adque *Baehrens,* atq; *N* **4** grex N^2 *in marg.,* rex N^1 **6** iumenta tunc *Vollmer,* in mei Territa *sic N* **7** Lenta *Duhn,* -as *N* **10** Artifex *Baehrens,* Artis ex *N* **11** chelys Musea *Bücheler,* celis museta *corr. in* -eia *N* **12** taliter *Bücheler,* aliter *N* **18** Ante *Duhn,* Antea *N* recusans *corr. ex* -ami *N*

non tuas qui rite laudes, mente sed qua concinam:
nos licet nihil valemus, mos tamen gerendus est.
ergo deprecantis, oro, cinge lauro tempora.

Explicit praefatio trochaicis versibus dicta.

II

INCIPIT HYLAS

Fata canam pueri Nympharum versa calore
in melius; sic Musa mones. quis casus ademit
Alcidi comitem, solamen dulce malorum?
fuderat Idalius gremio se forte parentis
penniger et collum violentis cinxerat ulnis
oscula pura rogans. mater devota coruscos
indulget vultus roseoque est orsa labello:
'o mundi domitor, caeli quoque, flamma Tonantis,
numen posco tuum cuius sub iure vaporo,
per tua tela, puer, fecundis inlita flammis
ut des effectum votis de more parentis.
nil rude, nate, precor nec supplex improba posco,
ardua non iubeo, quamvis magis ardua vincas.'
ille refert matris disrumpens verba precantis:
'magna iube, non ausa prius, sublimia manda,
o genetrix. quo tela vocas aut quid petis uri,
quem divum modo forte iubes hominumve . . . . . ?
exprime: flammetur. quid fletu lumina tinguis?
audeo, si cupias ipsum flammare Tonantem
et dominum caeli facie vestire iuvenci

---

19 tuas *Baehrens,* tua *N* qui rite *Vollmer,* quirite *N* **20** mos t. gerendus *Bücheler,* mox t. geñendus *N*

II Ylas *et sic semper N* **1** Fata *Duhn,* Facta *N* calore *Duhn,* colore *N* **2** sic *Petschenig,* si *N* **5** pinniger *N et sic semper similia* uiolentis *Bücheler,* uol- *N* **8** domitor *ex* genitor *corr. N*¹ **10** *versum in contextu omissum N*¹ *in marg. supplevit et signo ·// suo loco attribuit* **17** hominumue lacessi *Duhn,* hominum de ∴ *sic N; potes* calere

oblitumque poli rursus mugire per herbas
conversum per prata bovem: cadat aureus imber,
divitias ut tecta pluant; sit fulminis ales
ipse sui, satyrus cycnus Latonia serpens;
Alcmenam galeatus amet, mucrone coruscet
et clipeo rutilante tonet, dum miles adulter
coniungat noctes subtracta luce dierum.
si Pallas placeat, nostros iam sentiet ignes
virgo ferox sexu: fugiet viresque fatetur
vel solas tractet reiecta cuspide lanas.
noster si reus est auctor Neptunus, anhelans
aestuet inter aquas telo flammante per undas;
igne meo vincentur aquae: fumantibus undis
Tritones Galatea, Thetin delphines amabunt:
quidquid fluctus habet, totum succendo pharetris.
sive, parens, optas homines his ignibus ustos
inlicitos violare toros, ut non pia patris
oscula nata petat nec natus matris amator
dulce nefas cupiat, frater vitietque sororem
privignoque suo potiatur blanda noverca:
alter erit Perdica furens atque altera Myrrha,
Iuppiter alter erit terris de fratre maritus,
(parva loquor) tauro, si iusseris, altera regis
flammetur coniux, reddetur et altera Phaedra.'
at his laeta Venus vultu mutata renarrat:
'impubes lascive puer, cui subiacet omne
quod natura creat, caelum mare sidera tellus,
nemo notet Venerem, quod supplex mater Amorum

---

22 Conversum *Vollmer (cf. laud. dei 1, 4 cod. B)*, Confessus *N*, -um *Baehrens* **23** sit *Bücheler*, sint *N* **24** Ipse sui *Bücheler*, *∴* Ipse ui *N* **30** Vel *Vollmer*, Ut *N*, Et *Peiper* solas *Duhn*, -us *N* reiecta *Duhn (cf. 8, 357)*, retecta *N* **32** per undas *N*, perustas *Baehrens* **36** Sive *Bücheler*, *∴* Si *N* optaṇs *N* **38** nec *N*, ac *Schenkl* **39** cupiat *N*, rapiat *Peiper* **43** tauro *Duhn*, -ros *N* **46** Impubes *Bücheler*, Impudens *N* **48** notet *Bücheler*, -at *N*

ignis opem de prole rogat. nam munere in isto
quamvis sit communis honor, tamen, alme, fatemur
hic numen plus posse tuum. lamenta parentis
si placet ulcisci, paucis (adverte) docebo.
Nympharum, puer alme, chorus dum pensa revolvit
Penei sub fonte sui (pudet ore referre)
Solis amata canit Clymene mea crimina Nymphis
meque suo prensam Nymphas monet indice Sole,
Vulcanique sonat captivo Marte catenas
quas audire libet de nostra clade canentem.
sed si de nobis certe cantare placebat,
iudicium Paridis vel nostros, nate, triumphos
cantarent fluidae carpentes pensa puellae.
est gemitus haec causa mei. quas ure sagittis,
corda vel illarum dulci continge veneno:
noscant quid sit amor, discant tua tela .....
Alcidis comes est comis puerilibus annis,
quem rubor ut roseus sic candor lacteus ornat;
illi purpureus niveo natat ignis in ore:
hoc puero viso Nympharum turba calescat;
haec illis sit poena nocens, ut vota trahantur
ipsarum in longum, donec pubescat amatus.'
iret adhuc in verba dolor, ni penniger audax
dimittens matrem fricuisset cote sagittas.
arcu cinctus erat, dantur post terga pharetrae,
accipit et flammas hominum divumque voluptas.
evolat armatus. vix caelum liquerat ales
iamque tenet terras: sic currit mentis acumen.
ut venit ad fontem, lapidem proiecit in undas.

---

49 opẽ *corr. ex* opes *N* **50** *eodem modo quo v. 10 in marg. suppletus ab* N^1 **51** Hic *Baehrens,* Hinc *N* **54** ore *N,* ora *Peiper* **57** sonat *Petschenig,* sonant *N* **58** quas *i. iis quas* **62** gemitus *Bücheler,* gen- *N* **64** Noscant *Duhn,* ∴ Noscat *N in fine* puellae *suppl. Duhn,* vereri *Petschenig,* per ossa *Baehrens, possis alia ut* perustae, loquaces, nocere *sim.* **65** comis *Wagler,* comes *N* **74** Accipit et *Duhn,* Accipiet *N*

concussit vitreo sonitus sub fonte puellas:
exiliunt cunctae, quaerunt quae causa quietas
sollicitet. volucer fugiens nemus intrat opacum,
moxque dei vultus vestivit imago Naidis;
tendit membra puer, longos ut crescat in artus,
ut possit complere dolos ac iussa parentis;
. . . . . pedes fluitans vestis laxatur ad imos,
candida diffusi ludunt per colla capilli
et vento crispante gradu coma fluctuat acta,
frons nudata decet diviso fulgida crine;
et velut invitos gressus pudibunda movebat
incedens fluxoque latent sub tegmine pennae.
misceturque puer Nymphis sub fronte puellae
et causas perquirit Amor, cur fonte relicto
terras cauta petit; facilis cui turba fluenti
rem pandit; periurat Amor, quasi nescius esset.
interea post bella suis Tirynthius ibat
victor ovans, cui iunctus Hylas pulcherrimus haeret
gestans fulminei pellem cum dentibus apri;
et licet invalidus haec pondera ferre laborat,
ipse tamen gaudet, quasi iam commune triumphum
gestet et Alcides non solus fuderit aprum.
horrent Alciden Nymphae mirantur Hylanque.
ex quibus una tamen cunctas adfata sorores
haec ait: 'o faciles Penei numina Nymphae,
dicite, quando parem puero natura dedisset.
non fuit Hippolytus talis, non pastor ab Ida,
nocturnae fulgore deae non pulcher Iason;
nec Bromius iam talis erit nec magnus Apollo.
felix sorte sua, cui talis semper imago
serviet et roseis recubans dabit oscula labris.'

---

84 *in initio nulla lacuna in N;* Glauca *Duhn,* Usque *Rossberg (cf. Orest. 788)* **89** Incedens *Duhn,* Incendens *N* **93** esset *N,* extet *Rossberg* **96** Gestans *corr. ex* Gegans *N* **100** alcidem *N* **103** puero] puero natum *N,* puerum *Duhn*

cum nimium laudatur Hylas, se subtrahit ales
et profert arcum; permiscens mella venenis
armat tela dolis et spargit spicula Nymphis:
pallescunt omnes, subitus rubor inficit ora,
tendunt membra simul, cunctis respirat hiatus
oris et ad crines digiti mittuntur amantum,
incipiunt fari mediaque in voce resistunt:
tot signis vulgatur amor. Clymeneque sorores
adloquitur: 'placet, almus Hylas rapiatur in undas,
ut sit noster amor. nec erit mihi crimen amanti:
Oenone Paridem, Lycastum zelat Amazon,
pulcher amatur Adon, Furias amat ipse Cupido:
quod caelum, quod terra fretum, quod sidera Pluton
exercet per saecla diu, cur Nympha veretur?'
cum loquitur, cantabat Hylas fontemque petebat
hauriturus aquas. urnam licet ipse tenebat,
ut puer est visus, faciles risere puellae
et lentum venisse putant. placet omnibus idem,
vix urnam submisit aquis dextramque tetendit;
cum quo se Nymphae pariter mersere sub undas.
expavit sic raptus Hylas pavidusque petebat
herbida quod vitreum tellus perfuderat antrum.
Deiopea tamen cunctas hortata sorores
adloquitur puerum: 'non te decet ora rigare
fletibus, alme puer; ploret deformis imago,
non est flere tuum, mundum tibi nullus ademit:
nos rosa, nos violae, nos lilia pulchra coronant,
nos Hyacinthus amat, noster Narcissus alumnus:

---

110 profert *Duhn,* -rat *N* *nunc gravius distinxi post* arcum **116** Clymenaque *N* **117** in *Duhn,* ut *N* **118** amanti *Duhn,* -tis *N* **119** Oenone *Duhn,* Dione *N* Lycastum zelat *Duhn,* Lycassum celat *N* **122** Exercet *N,* -ent *Duhn* **123** cantabat *N,* transibat *Bücheler* **126** Cy Et ÷ lentum *sic N* [Cy *fuerit in exemplari* Q(uaere)], Et lautum *Bücheler* *post* idem *levius distinxi ut* vix *sit pro* simul ac **130** quod *Haupt,* quo *N,* qua *Peiper* **136** alumnus *Bachrens,* ab undis *N*

fontigenis dat serta comis redimitque capillos
quidquid floris olet, quidquid dant prata ru⟨boris⟩.
tu noster iam sponsus eris sine fine dierum.'
his dictis mentem pueri mulcebat amica.
interea furibundus adhuc Tirynthius ibat
et clamans quaerebat Hylan, cui litus et unda
Herculea cum voce sonant, et nomen amati
montes silva vocant; tantum fons ille tacebat,
in quo raptus Hylas. cum iam remearet ad ⟨astra⟩
post factum pennatus Amor matrique triumphum
adportaret ovans, vocem deus Herculis hausit
et gemitus quaerentis Hylan. cui gesta fatetur,
Alcidis comitem fontis rapuisse puellas,
ignibus Idaliis exustas Herculeas spes.
obriguit gemuitque simul clavamque remisit:
'o frustra nutrite puer, spectator ubique
virtutis per cuncta meae (te teste pericla
saepe tuli, cum victus aper, cum fracta leonis
colla Cleonaei telo parcente necantur,
cum simul Antaeum rapui telluris alumnum):
quis mihi sudorem lasso post proelia terget?
quis comes alter erit cum dat fera bella noverca?
quid matri narrabo tuae, quae te mihi parvum
deposuit pietatis inops? quae pignora reddam,
cum conventus ero? dicam tamen ipse parenti:
"exulta, genetrix, nimium laetare, beata
ante parens hominis, pulchri modo numinis auctor".'

Explicit fabula Hylae.

---

137 redimitque *Duhn,* -gitque *N* **138** ∴ Quidquid *N* olet *Duhn,* solet *N* ruboris *Bücheler,* ru *N* **140** amica *N,* -cis *Baehrens* **145** ∴ In *N* astra *Duhn, om. N* **150** Idaliis exustas (-utas *Duhn*) *Wagler,* Idalii rexutas *N* **151** clavamque *Duhn,* -umq; *N* **160** *post* deposuit *distinxit Duhn*

III

INCIPIT PRAEFATIO AD FELICIANVM GRAMMATICVM, CVIVS SVPRA, IN AVDITORIO, CVM ADLOCVTIONE

Fructibus apta quidem cunctis est terra creatis,
altius intendens sed causas perspice partus
et totum cognosce poli. nam rore maritat
arva suo vel sole fovet vel temperat aestus
alternans elementa potens, ut reddat et umbras
montibus arboreis et culmos armet aristis,
ventilet et matrem gravidam pendentibus uvis
pampinus exultans et palmes verberet ulmos
contortusque fluat nodo viridante corymbus
et nunquam positura comas flectatur oliva;
at si temperies rerum opportuna negetur,
infecunda forent squalentia viscera terrae
et limus †obducit ager deceptus †inhaeret:
discipuli sic quippe silent, si forte magister
tollatur, doctrina potens. qua praeduce cultor
antistesque tuus de vestro fonte, magister,
Romuleam laetus sumo pro flumine linguam
et pallens reddo pro frugibus ipse poema:
tu mihi numen eris, si carmina nostra levaris;
nam tua sint quaecunque loquor, quaecunque canemus.

Explicit praefatio.

III **1** creatis *N*, creandis *Baehrens*, creatrix *Bücheler* **2** partus *Duhn*, -tas *N* **4** temperat aestus *Duhn*, tempera haustus *N* **6** arboreis *N*, -eas *Bücheler* **8** ulmos *Baehrens*, uuas *N* **13** *ut supra N, sed in* obducit *est* b *ex* d *correcta;* et limos obducat ager d. inertes *Bücheler,* et limo se obducat ager d. inerti *Haupt; opinor legendum* et limo subductus ager; deceptus inhaeret ⟨fructus⟩ *vel simile in versu omisso* **15** cultor *W. Schmitt,* dictor *N* **17** Romuleam l. sumo *Bücheler,* Romuleum l. summo *N* **20** sint *N,* sunt *Rossberg*

IV

INCIPIT ADLOCVTIO. VERBA HERCVLIS CVM VIDERET HYDRAE SERPENTIS CAPITA PVLLARE POST CAEDES

Iuppiter omnipotens, celsi moderator Olympi,
cur mihi viperei fetus mala fata minantur?
te regnante, parens, in me coniurat iniqua
⟨serpe⟩ntum cristata manus; sed forte superbi
⟨nunc⟩ caelum terras pontum fulmenque trisulcum
⟨her⟩edes et Iuno tenent, seu fulgidus ortu
⟨desilis⟩ ad terras seu iam defessus anheli
sideris occasu maestus tua regna relinquis.
paenitet, alme parens, vestra de stirpe creatum
Alciden, quia nullus honos et mille pericla.
nam quodcunque malum superas evincit in auras,
Herculis hostis erit. per nos nam bella geruntur,
Iuno noverca furens potuit quae victa parare
privigno (natum quem comprobat esse Tonantis,
dum nobis immensa iubet); me quoque triumphis
horrida bella manent et nunquam stare licebit
hoste sine, trucibusque diu concurrere monstris
compellor. genitor, te in nosmet pessima coniux
horrescit: misero semper tu causa pericli es.
nam mihi reptanti tumida cervice dracones
Iuno duos misit, quis frontem crista tegebat,
flammea lux oculis, pro spumis taetra venena,
sibila vibrabant linguis sub dente trisulcis.
terror erat visus cunctis sonitusque draconum:

IV *tit.* pulare *N*, pullulare *Duhn, at cf. Calp. buc. 5, 20* **4—7** *in initiis lacunae N,* **4—6** *explevit Duhn;* **4** *initio* nium *N* **7** Desilis *vel* Laberis *Bücheler* **8** maestus *Duhn,* -os *N* **10** Alcidem *N* **11** superas evincit *Bücheler,* superans sẽ uincit *N* **20** reptanti *N i. infanti;* -tes *Bücheler* **22** tetra *Bücheler,* tẽcta *N* **23** sub *Baehrens,* ab *N* **24** Terror *Duhn,* Terrot *N*

quos manibus ridens compressi parvulus ambos.
hi tribuere mihi primum pro morte triumphum,
et letum, non praeda fui Iunonis alumnis.
hostes deesse mihi dixi post bella leonis,
quem nullo mucrone peti nec vestibus ullis
implicui fretus manibus: nec Maurus †ad illum,
cuius pelle tegor. nunc fortiter ecce tabescens
tertia bella gero, quae caedes passa resurgunt.
en totiens percussa lues magis extitit ardens
et nunquam sternenda venit. pro fata nefanda,
vincere peius erit, propriis nam viribus ipse
impugnor. saevos gladius mihi suggerit hostis,
non rapit ecce meus, sed proelia victa reformat.
huc quicunque deus frater mihi summus Olympo es,
huc ades et miseri tandem succurre periclis.
sed quaeso venias soboles ut nulla novercae,
quamvis sis, frater. iam tu succurre, Minerva
bellipotens, patrius cui casside fulgurat ardor,
quae clipeo rutilante tonas, quae fulmina vibras,
pectore saxifico cui militat impia Gorgon:
intemerata soror de vertice missa Tonantis,
sudori succurre meo. quibus artibus angues
extinguam, qui sponte petunt mucronis acumen?
ut crescunt gaudentque mori fera colla draconum.
caesa vigent, alter surgit de vulnere serpens.
consilium mihi virgo dedit: 'quia mucro laborat
incassum, gelida flammis exure venena
et praestent cum morte rogos; caput omne perurat
ignis edax anguesque crement post vulnera flammae.'

---

28 dixi *N*, duxi *Baehrens* **29** uestibus *N*, restibus *Haupt*, retibus *Baehrens* **30** mäurus ad illum *N*, *corruptum;* adivi *Baehrens*, adibam *opinor* **31** tabescens *Duhn*, -ent *N* **33** lues *Duhn*, luens *N* **36** gladius *Bücheler*, -os *N* **37** meus *Schenkl*, meos *N* **38** Huc *Duhn*, Hoc *N* frater *Bücheler*, pater *N* **41** *post* sis *distinxi* **48** colla *Rossberg*, corda *N* **52** praestent *Vollmer*, prestem *N* morte, *sed* e *ex* o *corr. N*

V

CONTROVERSIA DE STATVA VIRI FORTIS. VIR FORTIS OPTET PRAEMIVM QVOD VOLET. PAVPER ET DIVES INIMICI. BELLVM INCIDIT CIVITATI. DIVES FORTITER FECIT: REVERSVS PRAEMII NOMINE STATVAM PETIIT ET MERVIT. SECVNDO FORTITER EGIT: REVERSVS PETIIT PRAEMII NOMINE ASYLVM FIERI STATVAM SVAM ET MERVIT. TERTIO FORTITER FECIT: REVERSVS PETIIT PRAEMII NOMINE CAPVT PAVPERIS INIMICI. PAVPER AD STATVAM DIVITIS CONFVGIT. CONTRADICIT

⟨PROOEMIVM⟩

Quis furor iste novus? quae tanta licentia ferri?
poscitur ut civi liceat prosternere cives
et facinus sub laude gerat crimenque triumphum
dicat et hostiles patriae revocare sagittas
civili sub lege velit, viduare maritis
matronas, orbare patres, iugulare propinquos.
reliquias belli scelus est cum lege necare,
pro quibus arma tulit. mitis si vinceret hostis,
parceret atque humiles vellet servare catervas.
iam non pro patria vir fortis bella gerebat
defendens umbone latus, per proelia cristas
dum quateret galeatus apex, aciesque cruentas
letifero mucrone premens: sub imagine civis
impius hostis erat, merito qui vincere vellet,
ut cives iugularet ovans. optate tyrannos
iam, proceres, vincant hostes quibus aspera mens est
nec studium post bella manet. dum classica rumpunt

V *ad sententias cf. declamationes varias Quint., Ps. Quint., Calp. Flacci tit.* **3** inmici *N* **4** nomie *N* ‖ **1** Prooemium *Vollmer, om. N* **5** maritis *Baehrens,* -tas *N* **12** apex *Bücheler,* apte *N* **15** ouans *Duhn,* orbans *N* **16** uincant *Bücheler,* -at *N*

hostibus externis, gravis ⟨est⟩ inimicus in armis;
post aciem dominus mitis qui vicit habetur
aut ex hoste manet simplex ac fidus amicus,
si bellum sub pace cadat. quod sentio prodam:
iam, cives, formido, mei, vos ergo cavete:
hostibus obstrictus patriae de clade pacisci
clam potuit qui saeva parat, qui colla propinqui
civis et insontis nititur truncare cruentus.
perdidimus quoscunque viros, forte iste necavit:
classica dum reboant et Martia tela pluuntur,
inter ferratas acies lituosque sonantes
obvius armato iuveni si civis adesset,
quid faceret qui in pace furit, qui turpibus instat
mortibus insontum, qui funera pressa reformat?
servati civis nunc sunt ubi praemia quercus?
reddite bella, duces, inimicas reddite gentes:
barbarus omnis eat, rapiant simul arma Suevus
Sarmata Persa Gothus Alamannus Francus Alanus
vel quaecunque latent gentes aquilone remotae
in nos tela parent: minor est pavor. advena campo
producat armatus: muris servare salutem,
si nequeas pugnare, licet. cum cive per urbem
infelix quid civis agat? quid, nocte dieque
moenia rostra forum capitolia templa penates
†inlustrant et fana simul delubra theatra
circumeat cum cive malo, cum cive cruento?
nullus ab insidiis locus est qui fraude vacabit.
adde quod iratus victor cum lege minatur

---

18 *distinxi ante* gravis est *Duhn, om. N* in *ex* ut *(?) corr. N* **19** uicit *Baehrens,* uincit *N* **20** manet *N,* uenit *Bücheler* **22** cauete *Bücheler,* cadete *N* **23** obstrictus *sic N* **26** forte *Duhn,* -tes *N,* fors *Peiper* **32** Seruati (i *corr. ex* e*?*) *N* **36** remote *N,* -to *Baehrens* **38** ∴ Producat *N,* Prodeat *Duhn* **42** Inlustrant *N,* Inlustrans (‘*aufsuchend, musternd*’) *Bücheler,* perlustrans *Haupt,* illustres *opinor* **44** qui (i *corr. ex* e*?*) *N*

et lator legis civilia iura repellit,
ut legem premat ipse suam quam sanxerat ante.
dum victor post bella redit, cum testis imago
formatur virtutis, honos et gloria campi:
laetantur humiles, gaudebat turba reorum
et veniam meruisse putant. quis civis asylum
credat in arce micans insontibus esse periclum?

NARRATIO

pauper adest miserandus inops, sed civis honestus,
semper egens humilis, dignus quem dives amaret,
cuius in obsequio famulari posset alumnus,
torva superborum sineret si turba clientum;
qui dignum servire putans indignus habetur
vel fastiditur supplex. inimicus et hostis
divitis arguitur pauper, qui vota clientis
ausus habere miser; nec ⟨haec⟩ tamen ipse meretur,
sed probus horretur. domibus magis ille potentum
liber amicus erit quisquis vult esse satelles,
quo praesente nefas committitur atque siletur,
aut scelus hoc si forte sonet, tamen ille negabit
sponte petens tormenta cruces, per membra, per artus
carnifices flammas proprio satiare cruore,
tortoris laudare manum; pro divite poenas
si patitur, si vincla gerens ergastula portet,
se reputet cruciasse alios ut crimina celet;
⟨ut⟩ talis dives qualis mendicus amari

---

47 ipse *Duhn,* ipsa *N* **50** humiles *Vollmer,* mites *N, minus placet* viles **54** egens *N,* agens *Rossberg* **55** Cuius *Bücheler,* Turba superborum Ciuis *N* **56** Torua *Duhn,* Turba *N* **57** Qui *Bücheler,* Quid *N* **58** fastiditur *Bücheler,* -tus *N* **60** haec *add. Bücheler, om. N* **61** ∴ Nec tamen ipse meretur sed probus *eqs. N, superfluis litteris non deletis* **64** hoc *N, an* hinc? negabit *Bücheler,* -uit *N* **65** cruces *N,* -cis *Baehrens* per artus *N,* paratus *Schenkl* **66** Carnifices flammas *N,* -cis lamnas *Baehrens* **68** gerens *N,* gemens *Traube* portet *N,* perfert *olim Bücheler* **70** Vt *add. Duhn, om. N*

possit et infelix, ad crimina conscius esto.
ut teneant fauces obsessas nocte latrones
aut pelagi rabidos fluctus pirata vagetur
nec timeat validas sub tempestate procellas,
praeda iubet; petulans ut luxurietur adulter
et tractet de clade viri, de morte mariti
(ultima cena datur, quam praestat adultera coniux
pocula mortifero corrumpens blanda veneno:
cum gaudet conviva, perit), spes crimina ducit
ad facinus, cum lucra petunt; impune libido
dum peccare cupit, vindex subducitur . . . . .
quem perimit sub fraude reus: cuicunque furori
est operae pretium, sperant sua praemia culpae.
conicitur 'cuicunque bono' quod Cassius inquit.
crimina temnantur, fortisque in paupere dives
quid timet aut optet, vos saltim advertite, cives.
res est nulla domi, cupiat quam dives avarus,
non aurum, non gemma micans, sed turpis egestas
obsedit ieiuna fores. 'audacia forsan
pauperis horretur, ne clam temerarius exstet.'
quando fugax praesumptus erit vel debilis audax?
nam si fortis erat saeva virtute, superbus
praemia, non veniam peteret sub hoste reorum.
qui nihil admisit, crimen dat prava voluntas
divitis insonti. 'furor est voluisse necare
pro quibus arma tulit.' quid prodest pellere bellum,
si revocat post bella neces? aut pacta nefanda
hostibus obstrictus servat qui civibus instat

---

71 Possit *Duhn,* -et *N* esto *Vollmer,* esso *N,* esse *Duhn* **72** obsessas *Duhn,* -ssa *N* **75** iubet *Vollmer, utrum* iuuet *an* uiuet *N incertum* **81** *in fine add.* omnis *Duhn; an* aequi? **83** sperant *Bücheler,* -ans *N* **84** cuicunque *N,* cui quidque *Baehrens* **85** temnantur *Baehrens,* -entur *N* **88** sed *Baehrens,* et *N* **94** Qui *Vollmer,* Quid *N,* Quod *Duhn* praua *Bücheler,* parua *N* **95** *obloquenti nunc dedi* *in* necare *est* e *altera ex* i *correcta in N* **97** Si reuocat *Duhn,* Scire uocat *N*

ut pereant, aut ipse cupit magis esse tyrannus,
civibus extinctis credens sua vota latere.
si iugulet miseros iniusta morte necando
suspectos quoscunque putat, nihil ergo relinquet:
omnia sunt suspecta reo. sin moribus esset
ille bonus, servare pios, servare modestos
debuerat sub pace sua, non colla nefandus
. . . . . .
aut inimicorum mallet fudisse cruorem,
quorum verba pavens dives vixisset honeste.
sic sapiens olim Romana potentia iussit,
ne pereat Carthago nocens, inimica senatus
et populi Aeneadum: cotem virtutis habendam.
sed ne Troiugenis per tempora pigra lacertis
torporem pax longa daret, post victa rebellis
et consumpta simul iacuit congesta ruinis,
et tamen haec renovata micat quibus occidit armis.
haec igitur recidiva viget post busta resurgens
Phoenicis in morem. virtus clementia patrum:
tu testis Carthago manes invita volensque.

EXCESSVS

quod scelus est, iuvenis? socios in bella tueris
et cives in pace necas: quid fata minaris
impia supplicibus? quid funestare triumphos
contendis post bella tuos et luctibus imples?
nec pudor est variasse viro? de cive tropaeum
nemo triumphator rapuit nec in arbore cristas
erexit quicunque cruci suspendit. imago

---

101 necando *Bücheler,* -dos *N* **103** reo . sin *Peiper,* reos in *an* ni *N* moribus *Bücheler,* mortibus *N* **104** bonus *Bücheler,* -nos *N* *post* **105** *versum excidisse indicavi* **106** inimicorum *corr. ex* inimice cum N^1 **109** Ne *Duhn,* Nec *N* **119** fata *N,* facta *Baehrens* **124** *et* **125** *sic in N:* Erexit quicunq; ciuis (cruci *Bücheler*): manes mereatur et umbras: suspendit imago Virtutis . Vestra (*corr.* N^1 *ex* uestrę) caput ciuis *eqs.*

vestra caput civis, manes mereatur et umbras?
virtutis vestrae circumdent funera testem
et fortis simulacra viri civile cadaver
polluat ac putres effundant ossa medullas?
victoris genio sanie cum tabe litetur?
quaere sacerdotem: veniet crudelis Erictho.
haec est apta tuis antistita saevior aris,
quae calidas rapiat fibras pulmonis anheli,
sorbeat ereptum vel mortibus illa cruentis
vel vivente iecur vel cor cum palpitat intret
dentibus obscaenis, lingua lambente palatum
prostrati civis. haec sint tua munera, victor?
hostia talis eat, talis tibi victima pergat?
sit tua terribilis Phalaris ceu taurus imago?
Taurica crudelis mitis tamen ara Dianae
nec Busiris atrox Aegyptius ille cruentus:
solus enim per templa deum sine morte propinqui
sacra peregrinus funestat et advena tantum,
inlaesus nam civis erat. tu, victor, inique,
Sardorum qui sacra probas et moenia foedas
lauro cincta tua, vestris ornata coronis.
insula delubris natorum colla secabat,
verticis unde comam vera pietate parentes
inlaesa cervice metunt. Carthago duorum
annua nobilium praestabat funera templis
Saturnoque seni pueros mactabat ad aras;
tristia plangentum foedabant ora parentum.
hoc vir fortis agis? rapientur viscera matri,
et perit ante oculos genitoris pignus amatum

---

127 fortis *Bücheler,* portis *N* **130** erícto *et in marg.* alêcto *N* **131** antistita *Duhn,* antistia *N* **133** mortibus *(i. mortuis) Vollmer,* morsibus *N* **134** Vel *N,* Ex *Peiper* **137** pergat *Rossberg,* parcat *N* **138** ceu taurus *Bücheler,* centaurus *N* **142** funestat et *Duhn,* funestet *N* **143** erat *Bücheler,* eras *N* **144** qui *N,* quid *Peiper* **152** matri *Duhn,* tr *nihil amplius N*

aut populo spectante cadet? cum Troia periret,
filius Aeacidis vel vindex Pyrrhus Achillis
ante oculos Priami percussit nocte Politen
belli iure furens. tamen ultio digna relata est:
ipse Neoptolemus iacuit percussus ad aras.
qualiter en pietas se vindicat, impie victor.
quid matris Patriae venerandam polluis arcem?
in qua templa sedent, ubi numina saepe precati
fleximus, ut sospes rediens et victor in armis
captivos post bella trahens ex vulnere lassos
intrares patriam, ne saevus vinceret hostis,
qui scandens muros cives laniaret in urbe.
hoc matres puerique rogant, hoc ipsa senectus,
virginitas hoc casta petit, hoc pauper adorat.

QVAESTIO: AT INQVIES: SED PAVPER INIMICVS INSIDIANTER POTVIT DE MORTE DIVITIS COGITARE

si potuit, voluisse puta. nam vita potentis
non iacet insidiis nisi divitis atque propinqui
aut certe si sceptra vigent sub regis avari
imperio. fortem timidus formidat et horret,
non fortis lassum metuit nec dives egentem.
debilis est pauper nudus mendicus egenus:
quem macies suprema tenet, quem frangit egestas,
unde necem potuit pauper tractare potentis?
solus abit pauper nec se circumspicit unquam
nec timet insidias semper bene conscius insons.
sollicitus multos metuit quem turba veretur:
circumdant famuli, plures stipantur amici,
divitis obsequio concurrit turba clientum;
sic iter aptatur vel transitus ille paratur,
audeat ut nullus hoc praetereunte venire.

---

159 impietas *N* **163** ex *Baehrens*, et *N* **169** iacet *N*, patet *Baehrens* **172** metuit *Duhn*, timuit *N* (*ex 171* timidus) **173** est *Rossberg*, et *N* **178** timuit metuit *N* **181** ille *N*, inde *Baehrens*

QVAESTIO: AT INQVIES: SED POTEST VENENVM PAVPER DIVITI SECRETA OBREPTIONE SVPPONERE

taetra venena neci pretio maiore parantur
et munus secreta fovet. qui conscius unquam
incorruptus erit, quis non sit forte redemptus
quantum dives habet, quantum nec pauper habebit?
adde quod infelix pauper nec nocte propinquat
divitis ad tectum. nam mox pro fure tenetur,
nocturnus grassator erit, ferietur inermis
et prostratus inops armabitur ense cruento,
ut gladium strinxisse putes in fata potentis
divitis ante fores. medicos aut forte ministros
sollicitare potest audax sub nocte silenti,
qui sub luce fugit? pavidos informat egestas;
divitiae vires praestant animosque resumunt,
paupertas conferre metus, adferre pavorem
⟨no⟩vit et in miseros semper stimulare potentes.

⟨QVAESTIO . . . . . .⟩

forsitan obicias 'urbis defensor habetur;
non opus est laedatur', ais. nec laedat honestos,
in commune bonus totos defendat et ornet,
erigat oppressos, mediocris, pauper ametur.
non ideo bellum tota virtute peregit
ut liceat civi cives impune necare.
fortior est dives iuvenis, magis inde timendus.
divitiae ⟨fortes⟩ semper fecere tyrannos:
hinc Marius, hinc Sylla ferus, hinc Cinna cruentus,
inde fuit Caesar, dominatio prima senatus.
nam domitor Libyae, bellorum Scipio fulmen,

---

184 qui *N*, quis *Bücheler* **185** quis *(i. sceleribus, quibus) Vollmer*, quisquis *N* redemptus *scil. tanto* **191** potentis *Duhn*, pet- *N* **197** Nouit *Duhn*, Sueuit *Rossberg*, ∴ uit *N post* **197** *mihi excidisse videtur titulus novae quaestionis* **205** fortes *addidi, om. N, in quo ∴ ante versum;* nimiae *add. Duhn* **208** Nam domitor *Duhn*, ∴ Nam dominator *N*

fortis adultus adhuc totos qui vicit Hiberos
Hannibalisque trucem fregit per bella furorem
ac populatorem Romanae gentis adegit
sorbere mortiferum ceu pocula blanda venenum
et caput infaustum legatus vexit ad Vrbem,
Minturnas depulsus obit. pius inde Camillus
missus in exilium; nec Romula tecta videret
ni satis offerret, victor licet exul ab Vrbe,
cum Romanorum Gallis vexilla tulisset;
exul et extorris meruit de clade triumphum.
mentibus ingenuis semper pro lege tenete:
solliciti veniam debent sperare potentes,
securi ne regna petant. das otia servo:
mox liber vult esse suus. iam nemo quietus
divitis insidiis durabit paupere caeso.

QVAESTIO: AT INQVIES: SED LEGI PARENDVM EST, QVAE SANXIT VT VIR FORTIS OPTET PRAEMIVM QVOD VOLET

si leges tractare placet, veniatur ad illas:
'accipiat quodcunque velit vir fortis et optet.'
hoc cupit et pauper, pro voto divitis instat,
ut maneat lex lata rogat. venialis imago
aut valet aut certe simulacrum lege perempta.
interea non aera micent, non marmora surgant
nec sub lege pia fortis nova praemia quaerat,
quae damnat mox sponte sua. non submovet unquam
legis cauta furor, quam dant pro laude triumphi.
instar habent hostis quos sanctio nulla coercet;
condemnat solus civilia iura tyrannus.
nonne triumphantis legem si forte superbus
temneret aut parvi pendens quicunque putaret,
sacrilegus temerator iners inimicus et hostis

---

216 licet *Duhn,* lice *N* **220** potentes *Duhn,* parentes *N* **223** durabit *Duhn,* duraũt *sic N* **225** uolet *corr. in* uelit *N* **229** surgant *Duhn,* -unt *N* **232** ∴ Lẽgis *sic N* **234** tyramnus *N* **236** putaret *sic N,* negaret *Baehrens*

publicus ille foret? legum secreta tribunal
iam quateret strepitu iuvenis, fora nostra creparent,
ipse cicatrices subducta fronte recentes
pectoris effossi populo monstraret et urbi,
'virtutis laesae gravis est iniuria Marti'
clamaret per templa Iovis, per templa Minervae,
'nemo aciem subeat, nullus prorumpat in hostem'
diceret, infremerent omnes uno agmine cives.
pauperis, o proceres, languentia colla sinetis
carnificis truncare manu? non arma tubasque
tollitis et saltem civilia bella movetis?
quid, plebs nostra, taces? dives praeiudicat urbi
et pariter tua iura negat; praescriptio surgit,
quae populo vitam libertatemque negabit.
non gemitis, non fletis adhuc, non arma paratis?
laudis erit, fateor, pro libertate perire:
nam pro Verginia cum plebs arderet in ira
montis Aventini tenuit Romana cacumen,
cum pater egregiam prostravit morte puellam
impietate pius, ne Claudius esset adulter.
nec populus liber capto de monte rediret,
plebs nisi sumpsisset cum libertate triumphum.

EPILOGI

vidimus, o cives, fugientis pauperis ora
cum manibus quaesisset opem sine voce rogantis.
diximus 'hostis adest. veniat vir fortis et adsit,
cuius inops simulacra tenet, cui crura lacertis
cinxit et ad plantas prostratus plangit egenus
belligerum ceu numen habens.' dum pronus adhaeret,
divitis optata praesentia turbida rostris
adparet. conclamat inops 'succurrite cives,

---

242 Marti *Duhn*, -tis *N* 243 Clamaret *Duhn*, -re *N* 245 Diceret *Duhn*, -rent *N* 247 manu *N*, -um *Duhn* 250 negat *Duhn*, necat *N* prescriptio *N*, proscr- *Baehrens* 254 R̃ Nam pro vergenia *N*

civis adest violentus atrox mea fata requirens,
quem nihil offendi nisi quod sum pauper honestus.
ecce, triumphalis, metuendum, dextera, ferrum
id quod in hostiles iugulos ex urbe tulisti,
in Patria revocare velis? ne viscera matris
transadigas gladio, laceres ne membra parentis,
quae te palmiferis docuit concurrere telis.
parce, precor, ferrata manus: civilia colla
ne ferias, quae mucro tuus defendit ab hoste.
sit pudor atque nefas extinguere proelia campo
et mortes transferre foro.' lamenta minora
credimus auditu: dolor est spectare cadentem,
funera sive oculis vivum vidisse cadaver
cum gemit et moriens tremibundos palpitat artus.
mugitus quos ille dabit per moenia pauper,
cum vulgo spectante cadet, cum membra cruore
perfundat moribunda, solo cum mordet harenam.
anguibus implicitum credas Laoconta gementem.
sic decet ut fortis lassos, ut dives egentes,
cives civis ames? aut sic defenditur insons?
si vocem simulacra darent, tua signa rogassent
et dolor ista daret deflendis verba querelis:
'dic, iuvenis dives, patriae, dic, fortis amator,
si pauper reus est, tua quid peccavit imago,
virtutis monumenta tuae? quid testis honorum
temnitur et patriae foedantur moenia nostrae?'
haec simulacrorum vox est, Patriaeque gementis
audi verba tuae: 'merito te laeta creavi,
infantem gremio tenui, simul ubera parvo
Vrbs mater tremibunda dedi cunabula praestans,
quem praetextatum iaculis proludere iussi:
impubes iam fortis eras, invictus adultus

---

272 patria *N*, -am *Haupt* **274** concurrere *Duhn*, -rre *N*
280 siue *Duhn*, sine *N* **284** Perfundat *N*, -det *Baehrens*
286 laśśos fórtis *N* **288** rogassent *N*, -arent *Duhn*

et iuvenis victor. sed ne fraudatus abires
fortunae quocunque bono, largitur honores,
divitias confert, tribuit per bella triumphos.
et pro tot meritis instas orbare parentem
pignore percusso, cui nil fortuna bonorum
contulit iniusto censens moderamine fatum?
si ratio te nulla movet, si mente cruenta
humana pietate cares, imitare leones,
quos feritas generosa iuvat: super arma tenentes
ingruere fremitusque dare procul ore cruento
nobilis ira solet, subiectis parcere gaudent
et praedam rabies contempsit fulva iacentem.
gramina non tangunt, feriunt sed fulmina quercus.
nunquam taurus iners lassa cervice Tonanti
victima fessa datur, sed iam quis grandia surgunt
ingentes per colla tori, quos fronte superba
pascua cornigeros armant in bella iuvencos.
hostia victorem funestat languida, pauper
si mactatus erit. sed sint tua sacra coronae,
sint hederae lauri quercus et palma triumphi,
sint clipei galeae contus lorica tropaeum.
accipe tura potens deus ut Tirynthius aris,
⟨ut⟩ Thebis partus, magnus cum Castore Pollux.
semidei post fata vigent: his quintus adesto
virtutis ratione fide pietate vigore
possessure polos, scandens qua lacteus axis
vertitur, aetherii qua se dat circulus orbis
lunarisque globus qua volvitur axe tepenti

---

304 nihil *N* **306** mouet *Bücheler,* fouet *N* **308** super arma tenentes *Bücheler (cf. Coripp. Ioh. 6, 426),* superba temnentes *et ∴ ante versum N* **311** contempsit *N,* -mnit *Baehrens* **315** quos *Bücheler,* quis *N* **316** armant *Duhn,* armat *et ∴ ante versum N* **317** funestat *Bücheler,* -sta *N* **322** Vt Thebis *(Bacchus) Bücheler, ∴* Tedi *N post* Pollux *nunc graviter distinxi* **323** quĩntus *N* **326** aetherei *corr. in* -ij *N* se dat *Duhn,* sedat *N,* candet *Rossberg ex Manilio 1, 802*

aut certe qua Phoebus agit super astra iugales:
sidera sic capies, poteris sic astra mereri.'

Explicit Controversia statuae viri fortis, quam dixit in Gargilianis thermis Blossius Emilius Dracontius, vir clarissimus et togatus fori proconsulis almae Karthaginis, apud proconsulem Pacideium.

VI

⟨EPITHALAMIVM IN FRATRIBVS DICTVM⟩

'Egregii iuvenes, ⟨o⟩ gloria summa parentum,
foedus amicitiae, solamen grande clientum,
dulcia cantatis dum votis carmina vestris,
facundos vos fecit amor. Venus alma, potestas
Delphica, flammipotens invasit templa Cupido:
tempora iam lauro vel myrto cingite frontes
et violis ornate comas, dent alba coronas
lilia mixta rosis, candor pallorque ruborque
crinibus insidat qui vernat in ore puellis,
floribus ambrosiis sponsalia serta ligentur.
saltet Apollineum Musis cantantibus agmen,
laurea serta comis imponat pulchra Dione,
Pallados armisonae crinem praecingat oliva,
arma ferat Martis, quibus et proludere nostis
et bellum, si tempus eget, perferre valetis.
interius vos Musa Venus Phoebusque, Cupido
et Bromius possedit Hymen. Mars saltat amores
et Venerem placare cupit, cui militat omnis
marcidus et nudis ludit post arma lacertis;

---

328 qua *Duhn,* quae *N* **329** poteris *Duhn,* posteris *N* astra *Duhn,* castra *N* *in subscriptione:* Gargilianis *Duhn,* Gurgul- *N* almae *Duhn,* armae *N* Pacidegium *N*

VI *titulus deest in N,* Epithalamium in fratribus dictum *adscripsit man. 3 (Mai)* **1** o *add. Baehrens,* vos *Rossberg, lacuna fere 2 litterarum in N et ∴ ante versum* **5** inuasit *Duhn,* inausit *N,* indulsit *Haupt* **13** armisonae crinem *Duhn,* arnisonae (*vel* ami-) crimen *et ∴ ante versum N* **16** cupido *N,* Cupidoque *Rossberg*

ac furibundus Amor Veneris per castra triumphat:
in praedam venere dei vincente Dione.
ergo, Venus, te, docta, voco, facunda perita,
per sensus te funde meos; tua gaudia fervent:
sponte venire decet, non te decet ire rogatam.
sufficiant tibi vota, Venus (praecordia dura
mollis adire soles, nolentibus ire per artus
et mentes intrare senum venasque levare
ignibus et gelidas calidis reparare favillas,
ut veteranus amet senior ceu nuper adultus):
non ego lascivos opto mihi crescere sensus,
sed precor aspergant nostrum tua carmina pectus,
ut valeam cantare tuos per vota triumphos
et mixtis saltare choris, cantare choreas.
publica magnifice per moenia vota geruntur:
quas dedit una domus, domus excipit una sorores,
quorum umbone tegor vel quorum munere vivo:
post varios casus, post tot discrimina vitae
porrexere piam placido pro tegmine dextram
et, quod maius erat, laesi tribuere salutem
fortunamque mihi reducem pietate novarunt.
quisquis adest sapiens scholasticus atque peritus
accurrit laudare volens, cantare paratus:
quanto ego festinem laudes et carmina ferre
pro meritis animisque virum? puer alme Cupido,
ignea progenies et rerum perpes origo,
huc ades armatus fluidis post terga pharetris,
indue pennatis precor oscula blanda sagittis,

---

22 uoco *Bücheler,* duco *(ex* -ca*?) N* **24** rogatam *Bücheler,* -tum *N* **31** carmina *N,* numina *Baehrens* **34** geruntur *Baehrens,* -antur *N; cf. 10, 288* **42** ss. *sic in N:* Accurrit laudare uolens · et carmina ferre · cantare paratus Pro meritis animisq; uirum · Quanto ego festinẽ laudes et carmina ferre Pro meritis *eqs.* *in v.* **43** *verba* Pro — uirum *eradi coepta* **43** Quanto *N,* Quin *Bücheler; sed* festinem *est pro* '*festinantior accurram*'*; cf. laud. dei 2, 620* **47** Indue *N,* Inbue *Bücheler*

morsibus alternis ut lambens lingua palatum
tergat et udentur suspensis dentibus ora.
sponsa maritales cognoscat utraque vapores
et sponsos sic iungat amor quasi corpore in uno
brachia virgineis adnectens stricta lacertis.
has matronali societ de more catervae
blanditus sub fraude dolor, sub vulnere casto
servatumque diu rapiat hac nocte pudorem
et poenae sit merces amor, pia pignora, nati.'
vix ea fatus eram, subito venit Aliger, ignis
ore micans ac fronte minax et crine coruscans,
impubes lascivus, erat cui castra voluptas.
ibat in obsequium Risus, Amplexibus haerens
iusta Libido coit, venit et moderata Voluptas,
candida legitimas accendens Gratia taedas
accurrit, venit alma Fides, Petulantia simplex,
casta Pudicitia procedit mente quieta,
Sobrietas per cuncta vigil devota cucurrit
et quidquid iustos solite comitatur amores.
Liber pampineis ornatus fronte corymbis
intrat et uviferos vibrat super agmina thyrsos;
Pan calamis perflare melos Bacchaeque rotari
Sileno saltante placent populosque movere
in fescenninos fremitus et gaudia mentis.
adfuit interea Cypris; subvecta columbis
apparet de parte poli, qua flammeus axis
volvitur australis conlustrans cardinis oras:
florea purpureas retinebant frena columbas
et rosa blandifluas rutilans nectebat habenas,
lilia sunt inserta rotis; iuga pulchra volucrum
verbere purpureo Cypris iubet ire iugales,

---

50 utraque *Haupt*, utra *N* **51** sponsos his *Baehrens*, sponso sic *N* **55** rapiat hac *Bücheler*, rapiant ac *N* **57** *post* Aliger *distinxit Bücheler* **62** accendens *Duhn*, acced- *N* **63** Accurrit *Baehrens*, Occ- *N* **69** rotari *Bücheler*, pot- *N* **77** rotis *Vollmer* rosis *N*

remigat ammotis pennarum plausibus ales.
moenia respexit Carthaginis alma Cythere;
'illo', dixit, 'aves, convertite mando volatus:
Victoris soboles felici sorte iugantur.
illic pura fides, illic prudentia simplex,
coniugis in gremio pietas, sine fraude voluntas;
non ibi livor edax, non est elata potestas,
privato sub more gerens sua iura modeste
quae mercede sua multos coniunxit egentes:
haec inopes dotare solet vel pascere egenos,
legibus et nostris nudas vestire puellas.'
dixerat haec Cytherea parens: iam tecta subibant
Idaliae volucres: occurrunt Gaudia cuncta
obsequium latura deae; tamen ore modesto
anxia sola procul thalamo florente relicto
Virginitas pudibunda fugit gratumque pavescens
fletibus ora rigat; quae non reditura recedit.
at Venus attingens urbem petit antra mariti
Neptunique domos intravit Maximianas:
illic turba fremit matrum iuvenumque pudica
et matronali sponsas cinxere corona,
pompa catervarum felix votiva canebat;
progenies crementa domus Victoris honesta
suscipit et nuribus natos iunxere parentes;
Victorianus enim ⟨fratres⟩ et Rufinianus
lege maritali veniunt sub iura Dionae.
tunc Venus ad sponsas intrans hac voce profatur:
'crescite fecundis gaudentes lusibus ambae,
nocte tamen properante viris certate modeste,
sed hoc certamen modico luctamine constet:
acrior est puer ille meus, dum temnitur, et plus

---

80 Cythere *N* **81** conuertite conuertite *N* **87** Quae *Bücheler,* Qui *N* **99** matronalis *N* **103** *versui praefixum* R *in N* fratres *add. Baehrens, om. N* **105** hac *N,* haec *Baehrens* **108** luctamine *Haupt,* certamine *N* **109** Acrior *Duhn,* Atrior *N*

urit amoriferis certantia membra sagittis.'
dixerat et puerum genetrix implere pharetras
imperat. ille libens imbutas melle sagittas
misit et ambarum sensus transfixit arundo,
corda ferit iuvenum veniens et pectora fratrum,
quorum vota sonant. longa est lux ipsa diei,
et cupiunt transire diem; succedere noctem
exoptant paribus votis spatiumque morarum
lucis adoptatae transire in tempora noctis.
pergitur ad thalamos, convivia laeta celebrant,
agmina saltantum miscentur lusibus aptis.
pignora pulchra micent et talia vota celebrent,
floribus et vestris crescat generata propago.

Explicit Epithalamium in fratribus dictum.

VII

EPITHALAMIVM IOANNIS ET VITVLAE

Carminis Idalii cuperem nunc ebrius esse
nobilium thalamis Fabiani sanguinis index.
quod mihi si felix hodie fortuna dedisset,
non inhonorus eram, sed laude redemptus adirem,
vel recreatus agens, si non tamen ipse renatus
emerito referens generosas auspice laudes,
et Vitulae canerem taedas per vota Ioannis.
laurea serta comis religans et tempora myrto
prodere gestirem haec quae nunc per vota geruntur.
cantarem, quia Cypris adest, bona mater Amorum,
(agmine mollifluo ducens sua pompa choreas
impubes lascivus atrox, violentus amoenus,
lis pacis tacitusque loquax, fur garrulus audax,
nudus et armatus, ferus et pius, improbus insons)

---

111 Dixerat *Duhn,* Dixit *N* **112** sagittas *Bücheler,* sagaci *N* **118** adoptatae *i. novae nuptae*

VII **4** eram *i. Vitulam* adirem *Rossberg,* abirem *N* **5** Vel recreatus *Vollmer,* Vere creatus *N* si *Bücheler,* sed *N*

et quod amoriferum, secum huc duxisse volucrem.
vulgarem, quia tela gerit, quibus auctor Achillis
arserit Aeacides nymphae radiatus amore;
spicula dixissem, quibus arsit Apollo disertus,
cum peteret Daphnen, Liber quibus arserat Indus,
candida Dictaeae cum cerneret ora puellae,
vel quibus, ipse furor, Mars est accensus amare,
Vesticolae niveos peteret cum virginis artus,
ut daret aeternum Romana in saecla Quirinum
et post fata deos faceret, super astra senatum.
sed quia captivo fas non est dicere carmen
nec reticere licet festivo in tempore vati,
ista canant pueri, quia carmine vera loquentur;
plausibus insultent et tympana rauca puellae
percutiant palmis, digitis sub arundine ventos
dispensent hinc inde melos perflante flabello
et quatiant dulces Museo pectine chordas,
et vocis textura sonet nervique loquaces.
Bybliades Satyris iungant Nymphisque hymenaeos
et Dryades passim cohibent per prata Napaeis,
Oreadas Faunis iungant et Naidas omnes,
et Bacchis copuletur Amor per castra Dionae;
saltet et imparibus calamis Pan corniger intrans,
ebrius interea nutet Silenus asello.
oscula nectantur calamis imbuta rosatis,
et nervo †cadente sonet nova murmura lingua;
morsibus alternis suspenso dente fruantur;

---

15 quod amoriferum *i. tela* huc *Baehrens,* hunc *N* duxisse *Duhn,* dix- *N* **17** Arserit *Vollmer,* Asserit *N,* Arserat *Duhn* **19** Daphnem *N* **20** cerneret *Duhn,* -rat *N* **21** amare *N,* -ore *Duhn* **24** senatum *appositive ad* deos **27** quia *N,* qui *Bücheler* **29** ventos *Bücheler,* -tus *N* **34** cohibent *N, quod vide an pro coniunctivo retinendum sit ut regat* hymenaeos*;* coeant *Duhn,* socient *Bücheler; an* coient *(cf. 6, 61)?* **40** cadente *sic N;* cantante *Bücheler, an* cedente *i. cessante?*

Gratia vernantes adnectat pulchra dolores,
casta Pudicitia stricto placitura marito
floribus ex variis texat per prata coronas
lilia mixta rosis socians violasque hyacinthis;
purpuret et niteat gemmae pallente rubore
Sardoasque iuvet rosulis Sitifensibus herbas.
sic puer Idalius permiscet mella venenis,
sic rosa miscetur spinis, medicina cerastis
perficitur stimulisque favos apis alma tuetur:
sic pia virginitas non tollitur ante, pudoris
unguibus infensis quam vulnerat ora mariti
et prior ante sui vindex est ipsa cruoris,
ut discat sacras fecundo vulnere flammas.
sic fiunt dulces modo pignora blanda parentes,
et genus humanum sic stat sub lege perenni.
tot bona proveniant sponsis quot dextra parentum
iungit amoriferas per festa iugalia palmas.
cana Fides Pietasque iugent et casta Voluptas
brachia constringat celeres visura nepotes.
pronuba Iuno venit fecunda sorte maritans
lanigera comitante dea per vota Minerva,
concordesque simul celebrent pia sacra Dionae.
ista canant iuvenes, hoc cantent carmen adultae
et simplex aetas, pueri teneraeque puellae,
cantitet hoc veteranus amor, reverenda senectus
cantet: amator erit qui non cantarit amores,
nescit enim senibus veniam donare Cupido.

---

42 dolores *N;* colores *Schenkl, at accipe flores dolore ortos ut rosas, hyacinthos ante* **47** ∴ *in N* iuvet *Peiper,* iubet *N* rosulis *Peiper,* poscŭlis *N* siti fēnsibus *N* herbas *Bücheler,* -is *N* **48** mella *Bücheler,* bella *N* **49** cerastjs (-stjs *ex* -cis *corr.*) *N* **58** amoriferas p. f. i. palmas *Baehrens,* -feris p. f. i. palmis *N* **59** iugent *Duhn,* iungēt *N* **60** constringat *Baehrens,* -ant *N* celeres *N,* celebres *Rossberg* uisura *N,* missura *Baehrens* **61** fecunda *Bücheler,* sec- *N* **63** Dione *N* **66** Cantitet *Bücheler,* -let *N*

ast ego, qui nequeo captus mea plectra movere
carmine, sollicito dederant quia carmina clades,
et modo sic positus, Cythereae cantibus absens,
sollicitus, tabidus temerarius, anxius audax:
ut vacat expositis post proelia miles ab armis,
saucius atque gemens quo languida vulnera curet,
classica si subitis feriant clangoribus aures,
it dolor, ira redit, ceu iam sit plaga cicatrix,
redditur et saniem sistit furor arma reposcens,
(fit medicina furor, furor et vox tessera Martis,
et dare iam membris discit tuba rauca salutem); —
aut velut acer equus circi iuga ferre dicatus,
orbita cornipedo sequitur quem ducta volatu,
si fretus propria voluntate, favoris alumnus
plus eat in frenos et concitus axe sonoro
pulveris in nubem radiatis orbibus actas
accipiat post crura rotas et corruat ictus,
mox studium dolor omnis habet plangente colore,
adversa plaudente manu, stabulisque refertur:
hinnitus si forte sonent strepitusque rotarum
et favor excussus caveis circensibus ingens,
elevat elisum: directis auribus audax
erecta cervice caput tremibundus et artus
pensat nec stabulum fessis hinnitibus implet,
(iam qua stat pluitur tellus sudore furoris)
vulnera despiciens absentibus ora lupatis
ingerit et vacuos dat post praesepia cursus; —
aut avis insidiis curvato vimine clausa,
quae cantu mulcere solet sub voce canora

---

69 nequeo captus *Bücheler,* neq; hoc aptus *N* plecta *N* **71** Cythereae *Duhn,* -rea *N* **73** Vt *Duhn,* Et *N* **75** si *Bücheler,* his *N* **78** et *Vollmer,* est *N* tessara *N* **84** radiatis *Duhn,* -tus *N* **85** corruat ictus *Duhn,* cornua ictus ℙ *sic N* **86** dolor omnis habet *N,* calor omnis abit *Bücheler* colore *Rossberg (i. factione),* dol- *N* **87** Aduersa *Duhn,* -so *N* **95** praesepia *Baehrens,* presentia *N*

arboreum per cuncta nemus durosque labores
agricolum, silet intus habens captiva dolorem
libertatis amans auras nemorumque cacumen
et tacet omne melos retinens sub voce silenti:
altera si resonet modulatis cantibus ales,
ingenuos dat capta sonos quasi libera, vernans
ut credatur avis ramo cecinisse virenti,
illa tamen querulas miscet male garrula voces: —
sic ego captivus tot festis plausibus actus
carmina pauca feram delectis ipse duobus
ex genere amborum, qui me modulante canentur:
pontifices sacri Statulenius Optatianus
moribus innocuis, sancta pietate modesti,
religione pii, castis altaribus apti,
quorum cana fides per sacra Palatia pollens
floruit (unus erat Latialis mysticus aulae,
alter apud Danaos sacrata mente dicatus);
quorum sanguis adest, quos omina fausta iuvabunt:
ex hac progenie iunctis et gente togati
coniugio tali speremus numina nasci.
nam mihi quod teneor non ⟨est⟩ dolor alter acerbus
quam quod apud tales oblivio longa moratur
nominis inclusi. sed si me claustra fatigant
temporis immodici, nec vos impune tacetis:
⟨poena⟩ est non levior vobis quatiente pudore,
quod licet exiguum tamen inter iura poetam
temnitis immemores facunda mente periti.
quid prodest servasse hominem per tanta pericla
et clausum liquisse diu sub clade salutis?
non male peccavi nec rex iratus inique est,
sed mala mens hominis, quae detulit ore maligno,

---

101 retinens *Bücheler*, -cens *N* **107** ipe *N* **109** Optatianus *vel* Octavianus *Duhn*, Optauianus *N* **115** omina *an* omnia *in N incertum* **116** togati *N*, -ta *Bücheler* **118** quod *N*, quo *Duhn* est *add. Duhn, om. N* **122** Poena *add. Bücheler, om. N* **125** per *Baehrens*, post *N*

et male suggessit tunc et mea facta gravavit.
poscere quem veniam decuit, male suscitat iras
et dominum regemque pium saevire coegit.
nam deus omnipotens compunget corda regentis,
quando iubet pietate sua veniamque relaxat.
at cum liber ero domino ignoscente reductus,
dum tacet os vestrum nec nos sermone iuvatis,
nomina vestra reor praeconia nulla manebunt.
sed ne maesta canens concludat carmen amoris,
post haec vota parens quid sit factura Dione,
murmuret os tacitum, Carales cum coeperit iri:
Aeolias petet illa domos aditura tyrannum,
ut frenet ventos et caerula marmora tendat,
mollior aura means tantum bona flamina mittat,
ut ratis incolumis Sardorum littora tangat.
nec negat haec Eolus Veneri sua iura roganti.
Cypris in ornatu veniens freta glauca vagatur,
cum pelagi Nymphis ibunt Tritones alumni
Nereidum spumante choro Phorcique clientes
gurgitis aequorei pisces immania cete
et quaecunque latens surget de fluctibus imis
belua terribilis summas gestire per undas;
inter quas delphine sedens Galatea minaci
Neptunum perfundet aquis: rorante fluento
ille caput barbamque ciet ridente Dione.
at volucer Veneris volitans super aequora pennis
iam spargens sub fraude rosas tamen igne sagittas
mandat ad aequoreos comites et frigida ponti
aequora flammat atrox, elementa ut vota celebrent.

---

129 facta *Duhn*, fata *N* **132** compunget *N*, -git *Bücheler* **133** iubet *N*, lubet *Ellis* **137** ne *Duhn*, nec *N* concludat *N*, -dam *Baehrens* **142** flamina *Duhn*, flum- *N* mictat *N* **148** caete *N* **149** Et *Duhn*, At *N* surget *Bücheler*, -it *N* **150** Belua *Duhn*, Bella *N* **153** ciet *N: futurum videtur; ad sensum cf. 10, 461; scripseram* citet*; malo cum asyndeto* barbam quatiet *Rossberg*

haec dixisse sat est: sed qui modo iure tacemus,
omnia reddemus quandoque nepotibus almis.

Explicit Epithalamium Ioannis et Vitulae.

VIII

[DRACONTII OPVS] DE RAPTV HELENAE

Troiani praedonis iter raptumque Lacaenae
et pastorale scelerati pectoris ausum
aggrediar meliore via. nam prodimus hostem
hospitis et thalami populantem iura mariti,
foedera coniugii, consortia blanda pudoris,
materiem generis, sobolis spem, pignora prolis:
nam totum de matre venit, de matre creatur
quod membratur homo; pater est fons auctor origo,
sed nihil est ⟨sine⟩ matre pater: quota portio patris
omnis constat homo? mater fit tota propago.
ergo nefas Paridis, quod raptor gessit adulter,
ut monitus narrare queam, te, grandis Homere, —
mollia blandifluo delimas verba palato;
quisquis in Aonio descendit fonte poeta,
te numen vult esse suum; nec dico Camenae
te praesente 'veni': sat erit mihi sensus Homeri,
qui post fata viget, qui duxit ad arma Pelasgos
Pergama Dardanidum vindex in bella lacessens —
et qui Troianos invasit nocte poeta,
armatos dum clausit equo, qui moenia Troiae
perculit et Priamum Pyrrho feriente necavit:
numina vestra vocans, quidquid contempsit uterque
scribere Musagenes, hoc vilis colligo vates.

---

158 qui *N*, quae *Bücheler*

VIII *tituli si modo ullum, certe duo prima verba genuina non sunt* **1** laceae *N* **2** pastorale (*non* -ē) *N* **6** pignora *an* -nera *in N incertum* **9** sine *add. Duhn, om. N*, prae *Iannelli* **16** praesenti *N* **20** Armatos *Bücheler*, -to *N* **23** collego *N*

reliquias praedae vulpes sperare leonum
laudis habent, meruisse cibos, quos pasta recusant
viscera, quos rabies iam non ieiuna remisit,
exultant praedamque putant nuda ossa ferentes.
Attica vox te, sancte, fovet, te lingua Latina
commendat: vulgate, precor, quae causa nocentem
fecit Alexandrum raptu spoliaret Amyclas.
caelicolum praetor iam sederat arbiter Idae:
iam gremium caespes, iam surgens herbida tellus
stabat et aetherium fuerant herbosa tribunal.
solverat Iliacus caeli vadimonia pastor
et litem facit ipse suam: laudata recedit
contempta Iunone Venus; tunc virgo decore
victa dolet, nam tristis abit: heu nescia mens est,
quae mala circumstent ausum dare iura Minervae.
iudicis Idaei pretio sententia fertur
damnaturque Paris; nec solus pastor habetur
ex hac lite reus: damnantur morte parentes,
damnantur fratres, et quisquis in urbe propinquus
aut cognatus erat, cunctos mors explicat una.
atque utinam infelix urbs tantum morte periret:
damnantur gentes, damnatur Graecia sollers
heu magnis viduanda viris; orbatur Eous
Memnone belligero, damnatur Thessalus heros
et Telamone satus, pereunt duo fulmina belli.
pro matris thalamo poenas dependit Achilles
(unde haec causa fuit); forsan Telamonius Aiax
sternitur invictus, quod mater reddita non est
Hesione Priamo; sic est data causa rapinae,
cur gentes cecidere simul, cum sexus uterque

---

30 spoliare *N*, ut spoliaret *Duhn* **31** Idae *Iannelli*, idem *N* **34** Iliacus *Iannelli*, -cas *N* **35** Et *N*, Sed *Ribbeck* **36** decore *Peiper*, -ra *N* **37** abiit *N* **42** in urbe *Duhn*, in morte *N*, sorte *Baehrens*, *an* forte? **44** Aq; *N* *ad* urbs *in marg. glossa* Troia *N* **46** eous *N*, et Eos *Iannelli* **49** dependit *N* **52** Hesione *Iannelli*, Esto ne *N* **53** cum sexus *N*, cur sexus *Iannelli*

concidit, infanti nullus post bella pepercit.
sic dolor exsurgit divum, sic ira polorum
saevit et errantes talis vindicta coercet? —
compellunt audere virum fata, impia fata,
quae flecti quandoque negant, quibus obvia nunquam
res quaecunque venit, quis semita nulla tenetur
obvia dum veniunt, quibus omnia clausa patescunt.
iam grex horretur, fontes casa pascua silvae
flumina rura pigent nec fistula dulcis amatur;
non placet Oenone, sed iam prope turpis habetur,
ex quo pulchra Venus talem promisit in Ida,
qualis nuda fuit: talem iam pastor anhelat.
sordent arva viro post iurgia tanta dearum,
Pergama sola placent, et moenia quaerere Troiae
mens et fata iubent. monitus Paris omnia norat
blandita nutrice puer, quo sanguine cretus,
qui genus, unde domus; rapiensque crepundia pastor
Troianum carpebat iter. vix viderat arcem
lassus, et intactae procumbunt culmina turris,
ingemit et tellus, muri pars certa repente
concidit et Scaeae iacuerunt limina portae;
tunc Simois siccavit aquas, crystallina Xanthi
fluminis unda rubet, sudat pastore propinquo
Palladium vel sponte cadunt simulacra Minervae.
forte dies sollemnis erat, quo Pergama rector
infelix Priamus post Herculis arma novarat:
annua persolvens ingratis munera divis
Laomedontiades capitolia celsa petebat
reddere vota Iovi, laturus sacra Minervae.
ad dextram genitoris erat fortissimus Hector,
Troilus ad laevam pavido comitante Polite;

---

54 perpepercit *N* **56** coercet *ex* -it *N* **62** amatur *Iannelli*, arm- *N* **63** Oenone sed *Duhn*, Oenones *N* **66** iurgia *Iannelli*, urigia *N* **73** certa *N*, versa *Schenkl*, celsa *Rossberg* **74** limina *Iannelli*, lum- *N* **79** nouarat *Bücheler*, -erat *N* **81** Laumedontiades *N* **83** dextram (x *in ras.*) *N*

cetera natorum turba stipata subibat.
reginam interea natarum turba coronat
et nuribus comitata venit pia vota ministrans:
rex Helenum sequitur, Cassandrae mater adhaeret.
dum pergunt et templa petunt, prorumpit in agmen
pastor et attonitos elata voce salutat:
'sis felix, princeps, omnes salvete sodales
aut fratres, ut vera feram. tu fortior Hector,
culmen et urbis apex, et viribus indolis alme
Troile: frater ego, fratrem cognoscite vestrum.
germanus sum vester ego Priamique propago,
Hecuba mi genitrix, abdicor crimine nullo:
parvus Alexander pastor nutritur in Ida.
nec pastor sit vile, Phryges: ego iurgia divum
compressi, nam lite caret me iudice caelum.
si credis, germana manus, (nec cetera regis
conscia corda negant nec mater pignus abhorret),
noscite depositi vel certa crepundia, fratres.'
dixerat et testes generis proiecit in arce.
verba fides pietas quatiunt mox corda parentum,
admissumque nefas generosa mente fatetur
fusus in ora rubor. Paridis mox colla lacertis
adligat et natum fletu gaudentis inundat
convictusque pater veniam de prole rogabat.
obstupuere omnes. mater gavisa recurrit
(dat celeres pietas gressus, quos denegat aetas),
mox iuvenem complexa tenet: per colla per ora
oscula diffundunt et lambere membra parentes
insistunt iuvenis certatim, sed pius ardor

---

85 stipata subibat *Baehrens*, -tus abibat *N* **91** principes *N* **93** alme *Baehrens*, -me *N* **94** cognioscite *N* **99** nam *N*, iam *Peiper* **100** Si *N*, Ni *Vollmer* **102** fratres *N*, -is *Bücheler* **104** Verba *Ribbeck*, Vera *N* mox *Iannelli*, mors *N* **106** Paridis *Iannelli*, pallidis *N* **108** rogabat *Iannelli*, negabat *N vix recte* **112** parentes *Bücheler*, -tis *N* **113** iuuenis *Bücheler*, -nes *N*

adfectus dispensat, agens alternat utrique
et vicibus cara Paridis cervice fruuntur.
nuntius interea totam compleverat urbem:
fama volat per templa deum, quod pastor ab Ida
se velit ostendi regni de stirpe creatum.
tunc Helenus vates templum dimisit et aram
et procul exclamat: 'pater impie, pessima mater,
quid pietas crudelis agit, quid perditis urbem?
haec est illa tuo fax, mater, prodita somno,
quae simul incendet Troiam regnumque parentum
in sortem dabit illa nurus. coniurat in arma
Graecia tota dolens raptum punire Lacaenae,
litora nostra petent Danai cum mille carinis,
Dorica castra fremunt, iam Pergama vexat Achilles,
iam pugnant Danai, iam cernimus Hectora tractum,
Troile, iam per bella furis, iam sterneris audax
ante annos, animose puer, virtute protervus.
sed quid fata veto, quid fixos arceo casus,
cum nihil adversis prosit prudentia signis?
†me Fortuna potens et Pyrrhus ingens †exspectat.'
dum loquitur, Cassandra venit furibunda sacerdos
et matrem complexa canit: 'quid, mater iniqua,
quid, pater infelix, quid funera nostra paratis?
immemor heu pietas: uni pia mater haberis
pastoremque foves, sed multis impia constas
regibus, Hectoreum supplex emptura cadaver
per montes per saxa datum; nec venditur Hector
integer et lacerum retines pro pignore corpus
funeris Hectorei pretio maiore redemptum.
me stuprum per templa manet, me pessimus Aiax

---

114 Adfectus (A *in ras*) *N* agens *Duhn*, agnes *N* **118** ostendi *Iannelli*, -dit *N* **130** animose *Duhn*, animos et *N* **131** s. *habet V fol. 8R, 1, 17* flexos fixos *V* **133** *ut supra N;* M. f. p. expectat Pyrrhus et ingens *Iannelli*, Me exp. f. p. et regia Pyrrhi *Bücheler*, Me exp. f. p. Epirus et ingens *Baehrens* **141** retines *Baehrens*, -net *N*, rediet *Bücheler*

invadet pereunte domo. iam Troia crematur,
sed flammis, rex, ipse cares; iamque Hecuba latrat,
Astyanax Danais muro iactatur ab alto.
sic praestat Bellona nurum, gener ipse Tonantis
Idaeus sic pastor erit capietque triumphum,
sed post ipse cadet. veniet mox Pyrrhus ad arma,
qui scindat muros, qui damnet Pergama flammis,
qui Priamum gladio fervens obtruncet ad aras.
sed quid vana cano? iam consocer esse Tonantis
vult genitor patriamque premit natosque nefandus
odit et Andromachen quaerit viduare marito.
Troile, quid cessas? quid parcis, fortior Hector?
vos repetunt Mortes, in vos mala fata feruntur,
vos petit Aeacides, saevum vos fulmen Achilles
amputat, insontes poenam raptoris habetis.
provida non credor: vos saltem surgite, cives,
rumpite complexus, quos dant per colla parentes
infausto iuveni, muris depellite fratrem:
⟨hic⟩ hostis quem fata canunt, qui mortibus urbem
congeret et Priamum faciet non esse sepultum.
pectore Cisseo rapiatur pignus acerbum
macteturque nefas et Pergama nostra pientur,
placetur Iuno, placetur virgo Minerva,
sacrilegi de morte Iovem placate tonantem,
cuius postponens Vulcani laudat amorem.
urbibus in multis mos est donare Salutem
mortibus insontum, sed vos mactate nocentem,
ut liceat servare pios. augere dolores
ut resecet medicina solet membrisque salutem
membrorum de parte dabit; nam corporis aegri
fit iactura salus et vires passio praestat

---

147 perestat *N* **150** scindat (c *ex* t) *N* **152** quid *Iannelli,* qui *N* esse *Iannelli,* esset *N* **153** Vulti *N* **154** Odit *Iannelli,* Obit *N* **162** Hic *add. Bücheler, om. N* **166** Placitur *N* **167** placate *Iannelli,* placete *N* **172** resecet *N,* releuet *Bücheler* **174** salus *Iannelli,* solus *N*

quas auferre solet. hoc ⟨hoc⟩ adsumite fratres,
hoc cives audite mei, laudate parentes:
dicite pastorem gladio pietatis obire,
fraterno mucrone cadat. si forte profanus
hunc feriet quicunque reum, sit in urbe sacerdos:
cedo; loco si forte meo pius esse recusat,
pontifices Helenus Laocon, sacrata potestas,
cedent oranti vel mysticus extet uterque'.
dum canit infelix gemitus Cassandra futuros,
visus adest cunctis Phrygibus Thymbraeus Apollo,
qui mercede carens conclusit Pergama muro
et genus ingratum poenas persolvat avari
exoptat: stupuere Phryges, tacet ipse sacerdos.
effatur: 'quid virgo canit? cur invidus alter
exclamat? Helenus deterret Pergama verbis?
pellere pastorem patriis de sedibus unquam
fata vetant, quae magna parant. stant iussa deorum:
magnanimum Aeaciden solus prosternet Achillem.
Troianos regnare placet, qua solis habenae
ostendunt tolluntque diem, qua vertitur axis
frigidus et zona flammatur sole corusco.
Troianis dabitur totus possessio mundus,
tempore nec parvo Troum regnabit origo.
fata manent, conscripta semel sunt verba Tonantis,
"imperium sine fine" dabit. cohibete furorem.
mortali divum periet quo iudice iudex?
nec hoc fata sinunt. pudor est voluisse nocere
et non posse tamen. pigeat: iam nemo minetur,
quem Clotho, quem Lachesis, quem vindicat Atropos ingens.

---

175 hoc *duplicavit Peiper* **178** profamus *N* **180** esse recusat *Iannelli*, esset recucasat *N* **182** Cedent *Iannelli*, Ced et *N* vel mysticus exstet *Iannelli*, uelamysticus exstat *N* **183** gemitus *Iannelli*, gen- *N* **187** ipse *sic N*, ipsa *edd.* **192** eacidem *N* prosternet *corr. ex* -neret *N* **194** tolluntq; (tq; *in ras.*) *N* **197** regnabi *N* **203** quem *ante* Lachesis *del. Peiper* ingens *N*, urgens *Rossberg*

scindite pellitas niveo de pectore vestes,
murice Serrano rutilans hunc purpura velet.
nec pudeat quod pavit oves: ego pastor Apollo
ipse fui domibusque canens pecus omne coegi,
cum procul a villa fumantia tecta viderem;
Alcestam sub nocte pavens deus ubera pressi,
Admetus intrantes haedos numerabat et agnos.'
dixerat et Phoebum Priamus submissus adorat
et grates securus agit, tacet optimus Hector.
iam regno non impar erat, sed sceptra tiaram
imperium trabeas iam post caeleste tribunal
totum vile putat, solam cupit addere famam
maiorum titulis, vivaces quaerere laudes,
ut celet quod pastor erat. vix viderat aulam
regis, et Iliacas quaerit per litora puppes,
Aegaeum sulcare fretum iam mente parabat.
sic pater adloquitur iuvenem sermone verendo:
'nate, redux pietatis amor, bonus arbiter Idae,
dic, ubi vis armare rates, ubi carbasa tendis.
nusquam bella paro, regnum sub pace guberno.
sed si torpor iners pudor est et turpe vacare
credis, Alexander, certe legatus adesto
et Telamona ducem conventum exposce sororem
Hesionen mox, nate, meam: captiva tenetur
me regnante soror. dum Dorica regna peragras,
dat Venus uxorem, faciet te Iuno maritum.'
tunc iuvenis gavisus ait: 'paremus ovantes,
optime Troiugenum, nihil est quod iussa recusem.'
laetatur senior tali moderamine nati;
effatur: 'tua vota, Paris, di iusta secundent,
hoc tantum supplex genitor rex, nate, precatur:

---

205 rutulans *N* **213** tiaram *Iannelli,* -ra *N* **217** cele *N* **222** rates ubi *N,* r. quo *Peiper* **223** bella *Iannelli,* bello *N* **226** talamona *N* conuentum *Bücheler,* -tam *N* **227** Esionem *N* **229** Dat *N,* Det *Baehrens* Iuno *Iannelli,* uno (*corr. ex* une) *N* **232** Lętatur *N,* -tus *Duhn*

Iliacos proceres tres tecum pergere saltem
imperio concede meo: veneranda senectus
praecipitem frenat monitis per cuncta iuventam.
egregios comites praestem, tria lumina gentis
Hectore praelato, cui tota potentia cedit:
Antenor Polydamas erunt iuvenisque Dionae
Aeneas cognatus adest.' sic fatus, et omnes
ut veniant rex ipse iubet properante ministro.
cum ducibus redit ipse volans ad tecta satelles
regia; cognoscunt proceres quo vela parantur.
nec mora, conscendunt puppes et litora linquunt.
Dardana iam Tenedon classis transibat, Abydon
et Seston dimisit aquis †vovasque Maleas;
iam Salamina vident Telamonia regna petentes.
ut portum tetigere rates, mox ancora mordet
litus et inventas ferrum pertundit harenas:
puppibus adnexis terram Troiana iuventus
et proceres petiere simul, sed regis ad aulam
linquentes mox litus eunt. quos suscipit heros
hospitio Telamon. ramos frondentis olivae
portantes ad tecta ducis sub imagine pacis
non pacem, sed bella gerunt; nam dicta tenebant,
quae possent armare virum, nisi iura vetarent
hospitii, quae nemo parat violare modestus.
rege salutato postquam legatio Troiae
sedit, et Antenor placida sic voce profatur:
'Troiugenas proceres et regis pignus ad aulam,
rex Telamon, venisse tuam quae causa coegit,

---

237 iuuientam *N* **238** tria *Baehrens,* tua *N* **240** dione *N* **241** fatus *N,* fatur *Baehrens* **243** redi *N* **244** uela *Bücheler,* bella *N* **246** *ut supra, Iannelli;* Dardana: iam tenedon iam classis transibat ahdon *N* **247** aqius vovasq; *(hoc delineatum secundum litteras exemplaris librario obscuras) N,* curuasq; *Iannelli,* saeuasque *Duhn,* nocuasque *Baehrens* **250** inuentas *sic N* **259** solutato *N* **260** Sedit et *N,* Sedit ita *Baehrens,* Sederat *Duhn* **262** Talamon *N*

insinuare decet: si iusseris ipse, loquentur
consortes nunc ore meo vel regia proles.
Dardanides Priamus, gentis reparator et urbis,
quam vestras populasse manus meminisse fatemur,
iussit ab Iliaco delectos pergere regno
ad tua regna, potens, germanam regis ut, heros,
bellorum quam iure tenes, in pace refundas:
posceris Hesionen. iacet ingens Troia favillis
excidii compressa sui, nec Pergama ductor
surrexisse putat, nisi iam, rex magne, sororem
reddideris regi, quae nunc captiva tenetur.
turpe ducis servire genus crimenque putatur,
si non bella dabunt regi quod bella tulerunt.
sed pax hoc optata negat. pro rege rogaris:
te repetisse puta Priamo retinente sororem,
non dolor armaret, si non daret ille rogatus?
quod peteris, Telamon, scelus est et fama pudoris;
nascitur invidia, Priamo regnante sororem
Graiugenis servire suam; livor malus inde
creditur: "Iliacas potuit reparare ruinas"
murmur erit Phrygibus, "consortem sanguinis unam
non valuit" dicent "rector de rege mereri".'
dixerat. at Telamon mentes armabat in iras;
nam pietas affectus amor concordia proles
accendunt motus in pectore fellis amari.
conubium regni, thalami consortia casti
scindere poscebant, et, quod mens nulla tulisset,
Aiacis haec mater erat. sic incipit ore

---

263 si *Iannelli*, et si *N* **268** potens *N*, petens *Baehrens* heros *Iannelli*, heios *N* **270** Posteris *an* Posceris *incertum N* Hesionem *N* **272** nisi iã *(quattuor ultimae in ras.) N* **276** Sed *Vollmer*, Si *N* pro *Iannelli*, por *N* **277** repetisse *(ultima* e *in ras.) N* **278** ille *Iannelli*, illi *N* **284** mereri *Iannelli*, meieri *N* **287** Accendunt *Iannelli*, Acced- *N* **290** incipit *Iannelli*, incipiat (-piat *in ras.*) *N*

turbidus Aeacides iusta succensus in ira:
'si pudor Iliacis aut mentibus esset honestas,
excidium Troiae si pectora victa dolerent,
Herculeos comites Priami gens, praeda Pelasgum,
non magis auderent in bella lacessere Graios
semideum post bella ducum, quibus Ilios ingens
victa iacet. placuitne Phrygis periuria gentis
solvere vos iterum? sic dudum parva luistis
supplicia? Priamo, Troes, mea dicta referte:
victori quis victus ait "te bella gerente
me maneat virtutis honos, me praeda sequatur,
praemia me laudis, me praemia cuncta triumphi
expectent, sterili victor sed laude potitus
et ieiunus eat"? quis regi quisve marito
vel misero sic ausus ait cum voce proterva
"conubium rescinde tuum, rumpatur honesto
foedere iuncta domus, thalami damnentur amantum,
festivas extingue faces"? quis vicit, ut istud
audiat Aeacides, patriam qui perculit hosti?
quando tamen victor victi sub lege tenetur?
si Priami recidiva domus manet illa tyranni
post ignes reparata meos, si pendit amorem
germanae rex ipse suae, pro dote sorori
vel regni pars iusta detur, ne vindicet Aiax
quod matri donasset avus, si Troia maneret.
temporibus soceri senuit si Graia iuventus,
quam nostis per bella, Phryges: successit in armis
bellipotens ducibus cunctis optata propago.
est mihi bellipotens non vilis pignoris Aiax:

---

291 *ut supra N*, iustas accensus in iras *Baehrens* **293** iucta dolorent *N* **298** sic *Ribbeck*, si *N* **305** misero *Iannelli*, misericois *N* cum *Duhn*, tum *N*, tam *Ribbeck* **307** damnentur *Iannelli*, -etur *(sed* e *in ras.) N* **309** Aeacides *Baehrens*, alcides *N* perculit *Iannelli*, -lis *N* **317** nostis *Vollmer*, nostris *N* **319** pignoris *N*, pectoris *Baehrens*

imminet et quaerit, de qua iam gente triumphet;
Thessalus Emathia fratris nutritus Achilles
emicat et torvos exercet in arma biformes
Patroclo populante simul Centaurica lustra;
Tydides Sthenelusque fremunt Aiaxque secundus;
Nestoris Antilochus Palamedes Teucer Vlixes
exultant quod Troia redit, quod Pergama surgunt.'
tunc Polydamas ait submissa voce profatus:
'belliger armipotens, animarum iudicis heres,
rex, cui de nostris est gloria summa ruinis,
temperet invidia, frangat dolor, ira quiescat:
captivam repetit, reginam frater honorat,
nos et adoramus. non sic, si Troia maneret,
nuberet Hesione. regnum captiva meretur,
fit felix de sorte mala, fit praeda potestas,
imperium de clade tenet, diadema tiaram
qui tulit ipse dedit. quae sit gens Dardana, rector,
exhinc nosce precor: nescit servire subacta,
quam melius regnare decet; haec imperat Argis,
per quos victa perit; dominam sibi Graecia victrix,
non famulam quaesivit ovans. miranda per orbem
mens generosa ducis, quae non vult regna gravare,
cum ruerint virtute tua. relevare iacentes
et reges regnare iubes regesque creare,
dum possent servire tibi. sors cassa duelli
te moderante vacat nec possunt bella nocere.
te vincente, potens, quis nolit victus in armis
sorte tua post bella capi? qui vicerit hostis,
serviet, et victi melius te praesule regnant.'
haec legatus ait. regis iam corda tepescunt,
quae fuerant accensa nimis. sic magna leonis

---

320 Imminet *Vollmer,* Eminet *N* **321** Thassalus *N* **323** Patroclo *(ex* -lco *ut vid.) N* **324** Steneluq; *N* **326** surgunt *Iannelli,* -gant *N* **329** Cloria *N* **333** meietur *N* **342** uirtute *Bücheler,* uritur *N* **344** seruite *N* **347** uicerit *Iannelli,* cicerit *N* **350** nimis *N,* minis *Bücheler*

ira fremit, cum lata procul venabula cernens
venantis crispare manu iam verbera caudae
cruribus incutiens spargit per colla per armos
erecta cervice iubas, iam tenditur altus
dentibus inlisis et pectus grande remugit
(flumina tunc resonant, montes et lustra resultant):
ast ubi venator reiecta cuspide sollers
sponte cadit pronusque iacet, perit ira leonis,
turpe putans, non dente suo si praeda iacebit
(temnit praedo cibos, quos non facit ipse cadaver,
ignoscens feritate pia, veniale precatus
venator si cesset iners): sic rector Achivus
frangitur et Phrygibus convivia laeta parari
per septem iubet ipse dies. Cythereus et Aiax
colloquium commune tenent, duo fulmina belli;
regis Alexandrum iuvenem regina Pelasgum
Hesione complexa fovet, germana parentis,
vultibus in Paridis Priami laudatur imago.
octavo veniente die iam sidera Phoebus
elatis condebat equis, iam cuncta rubebant
oceano nudante rotas stridentibus undis;
tunc Anchisiades sublimi voce profatur:
'rex invicte armis, felix in pace senesce,
quamvis nemo ducum vos unquam in bella lacessit,
ex quo Troia perit, nec vester creverat Aiax.
at modo, rex, ter cuncta domans, ter cuncta revellens
murus erit sociis, aries metuendus in hostes
Aiax, magne, tuus. Priamo tua dicta loquemur.'
sic fatus. dixere 'vale' regemque salutant.

---

353 Cruribus *Peiper,* Naribus *N,* Nātibus *Iannelli* **360** praedo (*corr. ex* -da) *N* facit *Iannelli,* fecit *N* **361** precatus *Vollmer,* uenatus *N,* minatus *Rossberg,* -que ratus *Bücheler* **362** achiuus (u *altera in ras.*) *N,* -um *Peiper* **368** laudatur *Iannelli,* -tu *N* **370** rubebant *Ribbeck,* ruebant *N* **373** inuicte *Iannelli,* inuincte *N* **374** lacessit *Schenkl,* -et *N* **377** erit *Bücheler,* eris *N*

tunc iter ad portum vertunt et litora tangunt.
conscendere ratem, subducitur ancora mordax,
vela levant nautae, proras a litore torquent;
puppibus incumbit ventus, mox carbasa tendit,
dum fluctus scindunt et prospera flamina crescunt.
Africus interea veniens comitante procella
turbidus occurrit, mox sparsit in aequore classem.
gurgite curvato rapiuntur ad astra liburnae
et suspensus aquis per nubila nauta cucurrit
navigium vectante salo. dum summa ceruchis
sidera tacta putant et nil superesse fatentur
montibus aequoreis, malo venit altior unda
naufragiumque diu ratibus suspensa minatur
desuper intentans pelago veniente ruinam.
iam ventus subduxit aquas, extundit harenas
pressa carina solo: murus stat celsior unda
circumfusa rati, vastarum turris aquarum
pendet et elati percellunt carbasa fluctus.
obriguit per membra Paris, transire parabat
ad legatorum propria de nave carinas.
ast ubi dispersos longo videt aequore Troas,
solvitur in gemitus lacrimosae vocis amaros
et sic orsus ait: 'felici sorte creati
pastores, quos terra capit, quos nulla procella
concutit. haud ponti metuunt super aequora fluctus
et rabidum pelagus temnunt latrantibus undis,
sed celso de monte vident ut in arce sedentes
pascua rura nemus fontes et flumina prata,
per campos gestire pecus, pendere capellas
praerupta de rupe procul dumeta sequentes:

---

382 nautae *Iannelli,* nauae *N* **387** Curgite *N* rapiuntur *ex* -ijnt- *N* **389** ceruchis *Baehrens,* ceruicis *(sed* i *prior eradi coepta) N* **393** ueniente *Iannelli,* -tem *N* **395** murus *sic N,* -ris *Bücheler* **397** percellunt *Bücheler,* per coelum *N* **400** longo *N,* -ge *Peiper* **404** haud *Iannelli,* aut *N* **407** et *N,* sata *Baehrens*

ut virides tondent lascivis dentibus herbas!
ubera lactantes contundunt frontibus agni,
dum cauda crispante tremunt mollique palato
exultant potare cibos atque edere potus.
mulgere balantum depressis ubera mammis
decedente die noctis venientibus umbris
quantus amor, cum lacte novo iam caseus albens
formatur manibusque premit lac pastor ad orbem.
candida summittit ferventes bucula tauros
committitque duces armata fronte iuvencos.
nam gravis est regnare labor, metus excutit ingens
corda ducum, ne bella ruant, ne tela minentur
exitium crudele: necis timor omnis ubique est.
nam gladios tellure pavent pelagoque procellas
formidant nec plena datur ducis hora quieti.'
dum loquitur, venit unda gravis resonatque fragore
et puppim percussit aquis: sublata carina
tollitur et Cypro classi depulsa resedit.
post signum venere rates recidente procella
et Cyprum tenuere simul. legatio sola
defuit, una fretis et fluctibus acta negatur
puppis in Ionium rabidis conlisa procellis;
Aegaeo nam pulsa caret. mox pastor harenis
Dardanus exsiluit tremulis post aequora plantis
et se cum sociis tacta tellure refovit.
Cypro festa dies natalis forte Dionae
illa luce fuit. veniunt ad sacra Cytherae
reddere vota deae quidquid capit insula Cypros,
quod nemus Idalium, quod continet alta Cythera,

---

410 Vt *Ribbeck*, Et *N* tondent *Iannelli*, tundent *N* **411** lactantes *N*, -entes *Bücheler* **414** Mulcere *N* **415** diem *N* **420** labor regnare labor *N* **421** Cordax *N* **422** Exitium *Iannelli*, -tum *N* necis *Bücheler*, neci *N* **424** queti *N* **425** fragore (*corr. ex* fl-) *N* **427** classi *Schenkl*, classis *N* **428** recidente *Peiper*, res- *N* **430** negatur *N*, vagatur *Ribbeck* **435** Dione *N*, -nes *Iannelli*

quod Paphon exornat, tacitas quod lustrat Amyclas.
candida praeterea Iovis alitis Helena proles
venerat, absentem retinet dum Creta maritum.
nuntia fama ducis totam repleverat urbem,
advenisse Parin Troiano sanguine cretum.
audit ⟨ut⟩ adventum iuvenis Spartana decori,
mox iubet et famuli veniunt mandante Lacaena:
hospitio speratus eat, nam turpe videri,
regina praesente Paris ceu navita vilis
litus harenosum teneat. tunc hospes ad aulam
pervolat Atridis socia comitante caterva.
praeceptum dum carpit iter festinus ad urbem,
respicit ad templum Veneris, cui turba precantum
vel conventus erat; mox vertit iturus ad aras.
interea nivei volitant per litora cycni
flumine contempto, placidas hinc inde columbas
molliter intendunt omnes per inane vagari;
quas insanus agit rapidusque sequente volatu
miluus insontes cunctas clamore fatigat,
quas super accipiter volitans gravis imminet ales.
tunc sollers augur cretus de gente Melampi,
quem fors ad Cyprum dederat per festa dierum,
. . . . . .
et sic orsus ait prorumpens voce sagaci:
'te oblativa petunt avium responsa volantum:
conubium spondent praefulgens ore decoro
Idaliae volucres, de gente Tonantis olores
promittunt genitam, sed miluus horrida fata
(Ditis enim signatur avis), licet hora peracta
tertia quippe sinat Phoebo candente volucrem

---

439 Paphon *Bücheler*, -os *N* **444** ut *add. Rossberg, om. N* **450** Praeceptum *Duhn*, Perc- *N* **451** cui *N*, *an* ubi? precantum *Iannelli*, -atum *N* **452** iturus *Bücheler*, iter *N*, ut intret *Ribbeck*, ut iret *Morelli* **453** cycmi *N* **456** rapidusque *Iannelli*, -dosq; *N* *post* **460** *lacunam esse vidit Duhn* **464** uolucies *N*

vera per immensum praesagia ferre rapacem;
Martius accipiter dotem fera bella minatur'.
tunc Paris ad caelum tendens cum lumine palmas
numina magna vocat puerum matremque Dionen:
'aurea siderei proles Venus alma Tonantis,
numina mille tenens, artes cui mille favendi
dat pater et natus supplet simul, omina firma,
quae cycnus genitoris agit, quae vestra columba
prodidit. infaustos opus est cohibere volatus:
Martis et inferni volucres raptoris obuncas
augur averrunces sacris, quibus imperat auctor
Troius ille puer Ganymedes, conditor artis,
et Polles, cui penna loquax dat nosse futura.'
pauca precatus erat supplex et templa subibat
vestibus indutus Tyriis et murice regni.
pers⟨picu⟩a chlamys ipsa fuit, quam purpura fulgens
flammabat diffusa humeris; hanc fibula mordax
iungit, et ornatus iuveni plus admovet aurum,
quo distincta micat radians per stamina vestis.
cetera turba comes Phrygio succincta decore
fulgebat. delubra petens intravit ad aras
pastor et in sese cunctorum lumina vertit:
aspicit hunc errans oculis ornata Lacaena,
effigiat per cuncta virum, quibus ille decorus
vestibus incedat vel qua lanugine malas
umbret et in roseo prorumpat flosculus ore.
laudat amans mirata virum flammata Lacaena
ignibus Idaliis, nam dudum flammiger ales

---

471 Dionem *N* **474** omina *Iannelli,* omnia *N* **478** auerrunces *Bücheler,* aberrantes *N* **482** indutus (-us *ex* -is *corr.*) *N* murice *ex* natrici *corr. N* **483** Perspicua *Vollmer,* Persa *N,* Versicolor *Bücheler,* Persa tamen *Iannelli* **485** admouet *Iannelli,* -net *N* aurum *Iannelli,* auriũ *N* **486** Quo *Iannelli,* Quod *N* **490** errans *Iannelli,* erran *N* **491** decorus *ex* -is *corr. N* **493** et in *N,* et ut *Baehrens,* ut in *Ribbeck* **494** mirata *Iannelli,* intrata *N*

matre iubente puer telo candente medullas
Ledaei partus furtim iaculatus amorem
usserat. at pastor repetit post sacra Dionae
hospitium. regina venit pallente rubore:
nam flammis perfusa genas pallentibus ibat,
fusus uterque decor manifestum vulgat amorem.
pastorem pudibunda petit cohibente pavore
hortaturque virum fervens, qua stirpe creatus,
indicet, et fuerit qua iam vexante procella
ad Cyprum pulsus. medio sermone Lacaena
iam tacet et quaerit, iuvenem quibus appetat ardens
dictorum verbis. sed pastor, perfidus hospes,
ut sensit fragiles mulieris pectore sensus,
incipit Iliacus non quo sit sanguine cretus
nec quibus excussus ventis ad litora Cypri
venerit effari — trepidus iam voce remissa
reginam laudabat amans, culpare maritum
coeperat absentem, quod iam pulcherrima coniux
a tepido deserta viro neglecta vacaret,
sacra Dionaeae matris vel tempta petisset,
adiungens 'si talis erit quam forte merebor
uxorem, sic blanda genis, sic ore modesto,
sic oculis ornata suis, sic pulchra decore,
candida sic roseo perfundens membra rubore,
sic flavis ornata comis, sic longior artus
et procera regens in poplite membra venusto:
tali semper ego dignatus coniuge felix
non desim: famuler supplex et iussus adorem,
conubio servus veniam sub lege mariti
nocte dieque pavens, quidnam velit illa iubere

---

498 Vsserat *Iannelli*, Vesserat *N* Dionae *Duhn*, Dionem *N*, -nes *Iannelli* **501** decor *N*, color *Bücheler* **506** ardens *ex* arce *corr. N* **507** uerbis *N*, illecebris *Baehrens* **508** fragiles *N*, faciles *(cf. 530) Baehrens* **511** effari *Duhn*, et fari *N* **515** tempta *Bücheler*, templa *N* **516** erit *ex* erat *corr. N* **521** uenusto *Rossberg*, -ta *N*

quae specie fulgente micat. Menelaus oberrat
numine contempto non dicam, coniuge pulchra,
quamvis numen adest veniens de stirpe Tonantis,
unde genus duco.' mox haec est verba locutus,
Tyndaridis faciles quatiunt suspiria sensus
et sic orsa refert: 'quae sit tua, pulcher, origo,
te reticente magis dudum cognovimus omnes.
est commune genus: pariter tua regna petamus,
sis mihi tu coniunx et sim tibi dignior uxor.
hoc nam fata iubent vel nos hoc Iuppiter urget:
vivere me gemini iussit sub sorte mariti.
conferet Atridi, quisquis me duxit amator,
ut vivum linquam non iam moriente marito,
post thalamos primi cui debent fata secundum.'
dixit, et egressi puppes et litora poscunt.
dum portus classemque petunt, respexit ad urbem
pastor et ingentem vidit consurgere nubem
pulveris extorti, movit quam turba sequentum.
tunc Paris adloquitur comitantem praedo rapinam:
'occidimus, regina, pares, nos Graia iuventus
insequitur: gladio vestigia nostra sequaci
captatum pervenit iter quicunque satelles
coniugis Atridis, subnixus et hospite turma,
mox armatorum rapiens ad bella cohortes,
et mecum fortasse cades si tela sequentur.'
tunc Spartana refert: 'iuvenis, quid nostra retardas
pectora colloquiis? Phrygibus tamen arma capessant,
rex dilecte, iube, gressus celerare ministros
imperio compelle tuo: properamus ad aequor,

---

526 oberrat *ex* -et *corr. N* **534** Sis *Iannelli,* Sic *N* tibi *Duhn,* tui *N* **537** Confer et *N* quisquis *Iannelli,* quisque *N* **543** mouit *Iannelli,* -et *N* **544** Paris *Iannelli,* patris *N* comitantem *Iannelli,* -te *N* **545** regina *Iannelli,* regna *N* **547** quicunq; *N* **548** aridis *N,* Atrides *Bücheler* **550** cades *Iannelli,* cade *N* **551** retardas *Duhn,* -des *N* **552** Pectora *N,* Tempora *Ribbeck* **554** tuo *N,* tuos *Ribbeck* properamus *N,* -emus *Iannelli*

et vacat e iussis concurrens turba ministris.'
sic effata volens rapitur per colla tyranni
iam Priami cum clade nurus: sic terga iuvenci
Europam rapuere dei, cum Iuppiter ipse
taurus Olympiaca produxit cornua fronte;
fulmineus vector sobolem famulantibus undis
gaudet Agenoriam caelestia colla gravantem,
cum Cadmi cognatus aquas freta magna secaret.
ergo ubi pervenit raptor turbatus ad aequor
et licet exhaustus cursu vel pondere lassus,
qui gratum portabat onus, tamen ipse Lacaenam
litore non posuit, media sed puppe locavit:
nautae vela levant et remis castra moventur.
adveniunt collecta manus iam classe remota
et quatiunt omnes palmis in litore frontes,
nunc galeas, nunc tela simul clipeosque tonantis
proiciunt; tunc ipse volans per rura maritus
sudanti pervectus equo, quem nuntius horrens
fregerat ad Cyprum venientem sacra dicare,
ut conspexit amens sulcari puppibus undas
et thalamos gestare suos, collisus harenis
ingemit et flavos extorquet vertice crines.
Hyrcanae sic saepe solent per devia tigres
affectu stimulante rapi, cum pignora mater
perdit et elusa feritas pietate nocentis
raptoris sectatur iter, vestigia sollers
insequitur praedonis equi, sessoris anheli;
ast ubi torva parens transacto flumine natos

---

556 ecfata *Baehrens,* fata *N* **557** nurus *ex* murus *radendo N* **561** grauantem *Duhn,* -entem *N* **563** peruemit *N* turbatus *Iannelli,* -ur *N* **567** castra *N,* transtra *Peiper* **571** Puoiciũt *N* tunc *Vollmer,* tunc uenit *N, Iannelli* **574** amens *N,* amans *Duhn* **577** Hyrcanae *Iannelli,* Hic canę *N* **578** stimulante *ex* -ti *corr. N* **579** Perdit et *N,* Perdidit *Rossberg* nocentis *Ribbeck,* -ti *N* **581** sessoris *Iannelli,* -ri *N* **582** transacto (transiecto *CF W Müller*) flumine *Duhn,* transactos lumine *N*

secerni conspexit aquis, redit orba dolore
et gemit infrendens amissum nobile pignus:
Atrides sic maestus erat de coniuge rapta.
interea Aeneas rediens legatio Troiam
venerat et Priamo Telamonis dicta reportat.
sed Paridem genitor postquam non vidit amatum,
plangit et albentes immundat pulvere canos.
Antenor Priamo pelagi narrare labores
iam fletu manante genis et mille pericla
coeperat: ignarus quid de pastore procella
fecerit aut iuvenis classem si merserit unda
nescius ore refert; hoc tantum nosse fatetur,
quod pelagi rabies subverso gurgite ponti
sparserit Iliacas in tempestate carinas.
his dictis gemit aula ducis sub luctibus atris:
moenia iustitio foedant et plangitur urbe,
sexus uterque gemit, non pro virtutis honore
aut quod talis erat qui posset bella subire
aut ingesta pati vel summis viribus hostem
frangere et ensiferas acie iugulare cohortes
(quamvis Alexander si viribus Herculis esset
aemulus aut certe Meleagrum aut Thesea fortes
aequaret virtute potens, tamen Hectore magno
sospite nemo Parin lugeret corde dolenti),
sed regis quia natus erat, fit planctus in urbe.
nam quicunque memor Heleni mox dicta tenebat,
laetatur gaudens et tantum voce dolebat.
tunc pater absenti tumulum formabat inanem,
ut iacuisse putes praesenti morte cadaver.
dum parat inferias genitor mactare sepulcro,
non ubi corpus erat, vel nil satiare cruore,

---

583 aquis *Duhn*, quis *N* **584** pignus (pi- *in rasura*) *N* **590** Antenor *Iannelli*, Anteno (n *prior in rasura*) *N* **594** ore *N*, esse *Baehrens* **597** sub *Peiper*, sed *N* **600** bella *N*, *an* tela*?* **602** acie *Iannelli*, aciem *N* **606** parin (n *ex* m *corr.*) *N* **609** et *Baehrens*, sed *N*

per freta conspiciunt notam de litore classem.
prima ratis iuvenis regali praedita signo
apparet, quam serta ligant; ornata rosetis
candida pepla volant et carbasa sericus ornat,
et Veneris celsa spectatur ab arbore myrtus,
quam sponsus defixit ovans. occurrit ad undas
Hecuba cum Priamo populi comitante caterva,
suscipiunt sponsam, dat cunctis oscula pastor
ad patrem Priamum gradiens matremque salutans;
dulcia colla tenent et vultibus oscula figunt.
non invitus adest, non gaudet fortior Hector,
quem Troilus sequitur nec lividus, attamen aeger,
non membris, sed mente gravis: praesagia sensus
concutiunt animosque viri: Mors ore cruento
inter Troianos discurrit, saeva catervas,
heu quantos raptura viros, quae fata datura
aut quantas per bella nurus viduare parata!
Troile, sectatur vestigia vestra Polites.
sic solet umbra sequax hominem larvalis imago
muta sequi nec membra movet, nisi moverit ille
quem sequitur; si cesset homo, cessabit imago
vel quodcunque movens si sederit, illa sedebit
motibus et falsis veras imitata figuras,
nil faciens quasi cuncta facit: sic quoque Polites.
duxerat uxorem pastor cum sorte sinistra:
iam muros, iam tecta petunt, iam regis ad aulam
intratur sponsamque tegunt sua flammea pulchram,
iam thalamis ornata sedet; saltatur in urbe,

616 ligant *Iannelli,* legant *N* **617** sericus *Iannelli,* seriens *N* **622** Ad *Bücheler,* At *N* gradiens *Bücheler,* gaudens *N* **625** nec (-ec *in ras.*) *N* lividus *Duhn,* inuitus *N,* invidus *Baehrens* **626** praesagia (-agia *in ras.*) *N* **627** uiri *Iannelli,* in uiri (*ultima* i *ex* e) *N* **628** cateruas *Duhn,* -ua *N* **629** quantos *Iannelli,* -to *N* raptura (-ura *ex corr.*) *N* quae *Ribbeck,* atq; *N* **633** Muta *Bücheler,* Multa *N* **638** Duxerat *Iannelli,* Dix- *N* **640** Intratur *Iannelli,* Intratu . ri (tu *ex* ri *corr.*) *N*

tympana iam quatiunt, iam rustica fistula carmen
pastorale canit. lituus nil dulce remugit,
fescennina silent et bucina bella minatur;
nec molles tuba rauca sonos dedit, aere canoro
increpat arma duces clipeos et mille carinas:
classica Tydidis committere bella putares.
ite pares, sponsi, iam somnia taetra probastis
matris et ornati misero flammastis amore
ostensam sub nocte facem, qua Troia cremetur,
qua Phryges incurrant obitum sine crimine mortis.
sanguine Troiano dabitur dos, clade Pelasgum
ditetur Ledaea fugax per castra propago,
orbentur superi, caelum gemat et mare plangat:
crimen adulterii talis vindicta sequatur.

IX

DELIBERATIVA ACHILLIS AN CORPVS HECTORIS VENDAT

⟨PROOEMIVM⟩

Si decus est virtus et praemia cuncta meretur,
si meritum post prima manet, si fama superstes
eminet et gaudet titulis ornare sepulchra,
annue quod petimus. fortis pro forte rogaris:
egregias mentes virtus delectat in hoste,
invidia mens summa caret, laudare decora
novit et ingentes attollere gestiet actus.
dat virtus exempla bonis pravisque pudorem,
debilitas quos lassa premit. tu, fortis Achilles,

---

642 rustica (*corr. ex* fistula) *N* **648** somnia *Baehrens,* omina (o- *et* -na *in ras.*) *N* **649** Matris *Rossberg,* Martis *N* **650** Ostensam *Duhn,* -sa *N*

IX Prooemium *titulo addidi* **2** post prima *Vollmer,* post pama *N,* postrema *Bücheler* **3** Etninet *(sic) N* **5** *habet V fol. 3^{v} 2, 23* hoste *V, item N, sed* -em *corr. in* -es, *deinde erasa* s **8** *et* **9** -premit *habet V fol. 4^{R} 2, 12* **9** Debilitas *N,* -tat *V* lassa *N,* lapsa *V*

quid prohibes tumulos, quamvis iactura sepulchri
temnitur et nihil est, quod vis, in morte periclum?
si sensus post fata perit, cur busta negantur?
si mens ulla manet, iam rectius ergo putatur
non requies, sed poena rogus: tormenta sepulchrum
ingerit et manes tolerant per membra dolorem.
sed sensum cum luce simul post fata perire,
segnibus et pueris mentitur fama relatrix.
sunt animae post membra piae; quas ignea virtus
tollit ad astra micans et solis in orbe recondit
lunares non passa globos; ac desuper orbem
exspectant stellasque vagas et signa leonis
Augusto quid mense parent, quid cetera temptent
ornamenta poli. rident sua membra videntes,
funeris abiecti fragiles et corporis usus,
ut doleant animae iam libertate recepta
corporibus vixisse suis et clausa tulisse
carceris angusti. tumulos aut ossibus urnas
dedignant animae, non curant vile sepulchrum
et plangunt non esse simul, quos urna polorum
claudit et aetherium Phoebus suspendit ad axem.
adventurus eris, pietas si sancta manebit
corpore belligero, si non crudelis in hoste
post vitam morientis eris, si inmitis Achilles
nec post bella manes nec spectant funera poenas
arbitrio subiecta tuo, si parcitur umbris,
quaesitor quas torquet avus, si vera feruntur.

---

12 cur *Duhn*, cui *N* **13** Si *N*, Sin *Baehrens* iam rectius *Bücheler*, et iam pectus *N* **15** per *N*, post *Baehrens* **17** Segnibus *Duhn*, Sign- *N* **21** Exspectant *Duhn*, -at *N* **23** Ornamenta (-ta *ex* -ti) *N* **24** abiecti *Bücheler*, adi- *N* **26** clausa *Duhn*, clausā *N*, claustra *Baehrens* **27** tum tumulos *N* **29** Et *N*, Nec *vel* Aut *dilucidius esset* **33** inmitis *Schenkl*, mitis *N* **35** parcitur *Vollmer*, -tis *N*, parcis et *Schenkl*

QVAESTIO: AT INQVIES: SI POST VITAM ANIMAE CORPORA SVA DESPICIVNT, PRO HECTORE CVR ROGAMVS?

non Hector, sed Troia rogat miserique parentes,
Andromache viduata gemit vel ad ubera parvum
Astyanacta tenet, sic caelum questibus implet;
virgo Polyxene lacrimis ornata decoris
et planctu laniata genas, contusa lacertos
ac longis dispersa comis onerata pudore
ingemit et tantum nutu sine voce precatur,
funeris Hectorei poscens exsangue cadaver;
quem retines iratus adhuc, (cognosce puellam)
plangentis germanus erat, cui vita daretur,
ante aciem si visa foret, Troiaeque periclis
femina bella dedit, sed femina bella negaret.
da veniam, iuvenis. magnum est punisse triumphos
Hectoris, hoc sat erit quod de victore triumphas;
iam luctus converte tuos ad gaudia, victor,
gaudia qui Phrygibus sollers in funera vertis.
infelix plus Troia gemit quam perdit Achilles
fortior occisi consurgens ultor amici.
infremis Aeacides? qui vindicet Hectora, non est.
anne Parin fortuna iubet? qui crine madenti
inter lanigeras gaudet latuisse puellas
nec mater veneranda iubet, quod laudis habetur;
hoc agit et pugnam thalamis exercet adulter,
pectore femineo Veneris nam bella lacessit,
ut Martis declinet opus vel fulmina campi
effugiat, magnoque iacet dotata Lacaena
sanguine Troiugenum, Graium dotata cruore.
Dardanidis quis murus erit post Hectora campo,
adversus Danaos quis Pergama fessa tuetur,

---

38 vel ad *Baehrens,* uelud *N* **39** tenet *N,* -ens *Baehrens* **42** longis // (-is *ex* -us *corr.?*) *N* **56** iubet *N,* iuvet *Bücheler* crine madenti *Bücheler,* crimen adenti *N* **64** Dardanidis *Baehrens,* -nis *N*

puppibus Argolicis Phrygios quis deriget ignes,
quis Telamone satum constans umbone tonantem
sustinet aut Teucri tolerat per bella sagittas?
quis hostis Diomedis erit, quae turma furentem
excipit? in clipeum surgens cum torserit hastam
turbine belligero, quis non sine vulnere fractus
concidit et moriens tremibundos porrigit artus?
Tydidem Aeneas rediens in bella lacesset,
a quo victus abit, qui impressit vulnera Marti?
nam niveam lusisse fuit plagare Cytheren.
Pergama Pelidi, fateor, post Hectora tractum
non bellum, sed praeda patent spectante triumpho.

QVAESTIO: AT INQVIES: DOLOREM MEVM LENIAM, PERCVSSOREM PATROCLI CANIBVS ET VOLVCRIBVS ⟨SI⟩ DEDERO LANIANDVM

Hectoreum si forte canes laniare cadaver
ipse paras crimenque putas, hoc Medus honestum
credit et ad Persas honor est, si membra volucres
eripiant: et nulla detur licet ossibus urna,
multis membra tamen condentur rapta sepulchris:
corpus flamma cremans absumit, membra ⟨vorantes⟩
hoc canis, hoc volucres faciunt; vix ossa relinquunt,
et rogus ossa rapit. forsan servabitur Hector,
ut madefacta cadant siccantibus ossa medullis
et longa sub tabe fluant? hoc cuncta sepulchra
exercent; tamen intererit, quod clausa tenebris
putrescant tumulis, at hic sub luce madescant

---

66 Phrygios *Bücheler,* -ibus *N* diriget *N* **73** Tydiden *N* lacesset *Bücheler,* -it *N* **74** uulnena *N* Marti *Rossberg,* matri *N* **76** tractum *Bücheler,* nactum *N* *in quaestionis titulo* si dedero *Duhn,* dedero *N* **81** et nulla *Bücheler,* et nulli *N,* nulla et *Peiper* **83** absumit (u *in ras.*) *N* vorantes *add. Bücheler, om. N* **86** madefacta *Bücheler,* male facta *N* **88** clausa *ex* causa *inter scribendum corr. N* **89** madescant *Bücheler,* -unt *N*

aspectusque tuos funestent ossa diurnis
visibus. Andromache tumulum sibi formet inanem
et causam lacrimis faciet quam denegat hostis:
te tamen, Iliacae populator gentis, Achillem
sacrilegi iam poena manet, qui viva peremptis
funestas elementa viris. corrumpitur aer
mortibus, unde caret laesus vitalibus auris;
non purus sub sole dies, non sidera noctis
impullata micant, fuscantur cornua lunae,
sordibus et totum caeli mors inficit orbem.
non Phoebus Danais morbos, non Troia Pelasgis
inferet aut natam repetens per castra sacerdos
Chryses Apollineus: hinc sunt, hinc funera maesta
fortibus et bellum geritur cum Morte cruenta.
Hector in hoste fuit saevus, cum vita maneret:
plus post fata nocet. certe medicabilis ille
te Chiron docuit pestes sanare iacentum,
cum chordas quateret plectro, cum bella manerent,
et citharam post lora daret, cum mentis onustae
post Centaurorum raptas de flumine praedas
ingentes animos puerili in corde levaret;
non docuit, quia maestus odor, quia putre cadaver
aera tellurem ventos animasque gravabit?
inde homines volucres pecudes et cuncta necantur;
corpora vivorum pariter mundique salutem
mors neglecta nocet: non sunt commercia iuncta
mortibus et superis, divisit limite mundos
imposito natura parens; non congruit aether

---

94 poenam (m *erasa*) *N* **98** fuscantur *Bücheler,* fulc- *N* lunae *Duhn,* luce *N* **99** mors *(i. cadaver) Duhn,* mox *N,* nox *Rossberg* **101** Inferet *Baehrens,* Inseret *N,* Infert *Bücheler* natam *Duhn,* nauta *N* **105** certe *Duhn,* ȏerte *N* medicabilis (-lis *in ras.*) *N* **107** manerent *N (i. futura essent),* moneret *Bücheler* **108** honustę (h *erasa*) *N,* honestae *Duhn* **110** Ingentes *Baehrens,* -tos *N,* Ingenitos *Bücheler* leuaret *Bücheler,* -bant *N* **114** pariter *Leo,* rapitêr *N* **115** iuncta *an* uincta *N anceps* **116** superis (sup- *in ras.*) *N*

funeribus nec funus amat sub sole iacere,
inferni secreta dei sub nocte petuntur.
non tibi per somnos aderit censoris imago,
Aeacus in medias veniens ad castra tenebras
voce manuque furens et te culpabit amare
asper et increpitans? et iusta voce notabit:
'tene, deum soboles, caeli pelagique nepotem,
atque Erebi gens clara mei, te, fortis Achilles,
ista decent? tumuli caesis et busta negentur?
nec dabis occisos iuvenes Acheronta natare,
prostratis dum busta negas mortesque sepulchris
abdicas? me vita pia promovit ad urnam,
humani generis laudes et crimina quaeram;
nec tamen hinc securus eris, quia noster ad urnam
advenies quandoque nepos: ignoscere manes
ignorant mecumque Minos vel Gnossius illic
iudicium Rhadamanthus habet commune barathri.
nominis invidiam vestri per flumina manes
exagitant, sua iura neges quod morte peremptis,
Patroclumque tenent, quem nec conscendere cymbam
permittunt, nisi primus aquas transcenderit Hector.
et nullum pars nostra sinit transire per undas
ac sortem retinere suam nisi rite sepultum.'

EPILOGVS

desine, bellipotens, animos retinere feroces,
dux, iras depone, precor: non sentiet Hector,
quidquid in hoste furis, lacerum tenuisse cadaver.

---

124 Te ne (T *ex* D) *N* **126** caesis et *Duhn,* cęssis sed *N* **128** mor/esq; (t *perit rasura in pagina contraria v. 105* medicabilis) **129** me uita pia *Duhn,* merita piam *N* **130** Humani *N,* Humani ut *Baehrens* **132** ngnoscere *N* **133** Ignorant (Igno- *ex* Igo-) *N* gnoscius *N* **135** inuidiam *Duhn,* in uidia *N* **136** neges *Duhn,* negis *N* peremptis (mp *in ras.*) *N* **138** transcenderit (i *ex* e) *N* **139** pars (a *in ras.*) *N* **142** Dux iras *(corr. ex* Dixeras, *ut vid.) N*

supplicium non Hector habet, sed poena Pelasgum
servantur per castra tuis, dum funera punis.
Aeacus invidiam, carus tormenta Patroclus
sustinet et vestri poenas luit ille doloris.
vel medium Priamo, generose, refunde cadaver;
nam partem tractura tenet. si reddere corpus
et laceros artus tempta pietate negabis,
exiet Andromache socero comitante per agros
Astyanacta trahens, qua tristior orbita monstrat,
et leget infelix dispersi membra mariti,
vepribus et mediis rupem complexa cruentam
oscula fixa dabit dicens de rupe maritum;
in qua sanguis erit, rupem vocat Hectora coniux
et puerum miseranda docet, ne calcet harenas,
infecit quas forte cruor; tardumque per horas
exspectat socerum, sed non vacat: exprimit herbas,
quas rubuisse videt; hoc nati vultibus addit,
ut patrem ferat ore puer; suadente dolore
ipsa sibi demens extorquet, ut Hectora credat
Astyanacta suum; Priamo tamen Hectoris ossa
si qua iacent dispersa rotis, ostendet et ambo
carnibus Hectoreis defigent oscula flentes.
ore cruentato puerum simul ambo monebunt,
oscula det membris; 'laceros ubicunque iacere'
dicet avus puero 'pater est quos videris artus'.
moribus his si nulla venit pietatis imago,
aspice quid faciant coniux pater Hecuba natus
et pudibunda soror: Priamus iacet oscula plantis
rex senior dans ipse tuis nec turpe putabat

---

144 Supplicum *N* **145** Seruantur *N*, -atur *Duhn* tuis *N*, lues *Baehrens* **146** inuidiam *Bücheler*, -dia *N* **147** doloris *N*, furoris *Baehrens* **151** conitante *N* **157** meseranda *N* **161** patrem *Duhn*, patre *N* **163** tamen *N*, tandem *Baehrens* **164** rotis *Baehrens*, sororis *N* **165** defigent *Bücheler*, -unt *N* **166** monebunt *Bücheler*, manebant *N* **168** uideris *ex* iui- *vel* sui- *corr. N* **169** Moribus *Rossberg*, Mortibus *N*

quod miserum fortuna iubet; hinc virgo pudica
Astyanacta tenens parvum super Hectora ponit
et puerum deflere docet, sed parvulus optat
ire nec extincti cognoscit funera patris.
heu lacerum nam corpus erat, quod mater et uxor
complexae per colla tenent et vulnera ferri
per laceros artus generoso in corpore quaerunt.
sed quid dorsa viri palpant? iniuria constat
magnanimi iuvenis: plagam, qua concidit Hector,
et vulnus si nosse placet, versate supinum
corpus et occisi tractentur pectora regis:
invenient ungues, quanto descendit hiatu
hasta potens quantumque dedit Vulcanius ensis.
nam quod terga ferunt, hoc currus fecit Achillis,
dum trahit extincti iuvenis per saxa cadaver
et domino iam damna parant de funere tracto.
Hectora mirantes plus te laudamus, Achilles,
a quo victus obit: finem da, magne, dolori
et post vindictam veniam concede perempto,
qui poenas in luce dedit. iam respice mitis:
Astyanacta vides, Pyrrhi succedat imago
ante oculos dilecta tibi, Priamique senectus
mentibus adsciscat venerandi vota parentis.
nam genitor Peleus laetum post bella videre
te cupit; et senior Lycomedes, coniugis auctor,
exoptat reduci gaudens offerre nepotem.
planctibus Andromaches ceu praesens blanda putetur
Deidamia simul, quae sollers nocte dieque
mente oculis attenta volat; nam fluctibus atris
carbasa prima videns amens occurrit in undis

---

174 ponit *Bücheler,* ponens *N* **176** funera *Duhn,* humera *N* **184** descendi (e *prior ex* i) *N* **186** ferunt *Duhn,* dederunt *N* achillis (-is *ex* -es) *N* **193** vides *Vollmer,* -ens *N,* rudem *Rossberg* **194** dilecta (i *ex* e) *N* **196** pelens *N* **199** blanda putetur *Bücheler,* bland maritū ł putatur *N* **202** amens *Bücheler,* animis *N*

perquirens, si Troia ruit, si concidit Hector,
sollicita quem mente timet; te plectra tenentem
atque iterum blandas iuvenili pollice chordas
tangentem laudare cupit et brachia collo
nectere mellifluis adiungens oscula labris.
Hecuba maesta gemens et canos pulvere foedans —
omine non tali matrem praesentet ab undis
corde tuo pietas: licet haec mortalia fata
in se nulla timet, tamen haec te, fortis Achilles,
mortalem genuisse dolet. — haec, summe, retracta
et veniam largire pius. si parva putantur,
fac pretium, victor, generosum vende cadaver.
vendatur ceu vivus adhuc nec munere parvo,
sed veniat tantum quantum pensabitur Hector.
hoc placet ut fortis habeatur iudice bello
mors pretiosa viri: cunctos hortaris in hostem,
si non vilis erit veniens occasus in armis,
qui se despiciens cives dilexit et urbem.
Dardanides dependat opes, det magna talenta:
Astyanax egeat, Priamus mendicet et omnes,
infelix quos Troia capit. haec poena manebit
Laomedontiadas, si carior ille sodalis
sollers Hectoreo condetur dignius auro,
dum tamen infernis requies detur et bona vivis
praestetur de morte salus ac pace fruantur
aeris innocui caelum mare Tartara tellus.
unde genus ducis, morti licet illa sepulchrum

---

205 blandas (-as *ex* -is) *N* **206** et *N*, uel *Bücheler* **207** adiungens *Duhn*, -ges *N* **208** puluere *Duhn*, pluere *N* fedans (a *ex* e) *N* **209** tali (i *in ras.*) *N* **211** timet *Duhn*, timent (-nt *ex* -ns) *N* **212** haec *Bücheler*, hoc *N* **214** pretum *N* **216** Sed ueniat *N; opinor* Si veniat (*i.* veneat) tantum quantum *N, rustice pro* tanto quanto **218** Mors *Duhn*, Mois *N* **219** ueniens (*a* venum ire) *N* occasus (-us *ex* -um) *N* **221** det *(ex* set*?)* *N* **223** haec *Bücheler*, et *N* **224** Leomedontiadas *N* **225** dignius *Duhn*, dignus *N* **228** Tartarea *N*

comparet; omen erit, si reddat Troia tributum,
Troïa vel Danais vectigal funera praestent.

Explicit deliberativa Achillis deliberantis, an corpus Hectoris vendat.

X

[DRACONTII] MEDEA

Fert animus vulgare nefas et virginis atrae
captivos monstrare deos, elementa clientes,
naturam servire reae, servire puellae,
astra poli et Phoebi cursus et sidera caeli
arbitrio mulieris agi, pendere Tonantem,
quod iubeat Medea nefas, ubi mittere flammas
imperet aethereas. penetrat vox illa per auras,
cum vitas mortesque facit, cum fata retorquet
ad cursus quoscunque velit. licet hospite caeso
serviat et Scythicae currat per templa Dianae,
possidet astrigerum funesto pectore caelum
et superos impune premit prece nixa virago
invitos parere sibi. quae carmina linguis
murmuret aut urens species quae nomina dicat,
haec vatem nescire decet; quae nosse profanum est,
quod fuerit vulgasse nefas. nos illa canemus,
quae solet in lepido Polyhymnia docta theatro
muta loqui, cum nauta venit, cum captus amatur
inter vincla iacens mox regnaturus Iason;
vel quod grande boans longis sublata cothurnis
pallida Melpomene, tragicis cum surgit iambis,
quando cruentatam fecit de matre novercam

---

231 Troia *N*, Troica *Baehrens*

X **1** atrę *Nn*, arte *Peiper* **3** deae *corr. in* reae *N*, reae *n* **4** cursus *Nn*, currus *Peiper* **14** ůrens *Nn* **16** Quod *Nn*, Quae *Bücheler* **17** polymnia *Nn* **18** Muta *Bücheler*, Multa *Nn* amatur *Rossberg*, -tor *Nn* **20** quod *Nn*, quae *Bücheler* boans *Nn*, boat *Baehrens*

mixtus amore furor dotata paelice flammis,
squamea viperei subdentes colla dracones
cum rapuere rotis post funera tanta nocentem.
te modo, Calliope, poscunt optantque sorores:
dulcior ut venias (nec te decet ire rogatam)
ad sua castra, petunt. lauro succincta poetae
Pegaseo de fonte veni, quo rore medullas
et sensus infunde meos. cur hospes amatur,
qui mactandus erat, vel cur mactatur amatus?
dives apud Colchos, Phrixei velleris aurum,
pellis erat, servata diu custode dracone.
hanc propter pelagi temerator primus Iason
venerat, ut rutilas subduceret arbore lanas.
ut Scytha conspexit Graiam de littore puppim
ire per undosum proscissis fluctibus aequor,
expavit, nam monstra putat: quis crederet unquam
per freta per rabidas hominem transire procellas?
barbarus ignaro regi iam nuntius ibat,
quae nova perferret pelagus; sed callidus heros
solus Iason adhuc vento currente carina
prosilit in fluctus et littora visa natatu
nudatus ceu nauta petit. sed Colchis alumnus
nuntius ille redit secum comitante iuventa,
ut nossent quid puppis erat, quid vela, quid arbor.
membra viri mox nuda vident fugientis ad undas;
quem sequitur directa manus capiuntque paventem
et manibus post terga ligant. tunc Iuno Cytheren,
ut vidit iuvenem Scythicas artasse catenas
et pavidos fugisse simul cum puppe sodales,
adloquitur: 'lasciva Venus, iucunda modesta

---

24 uiperei *Bücheler*, -eis *Nn* **26** modo *n*, medo *N* **27** nec te *Vollmer (cf. 6, 24)*, nocte *Nn*, nunc te *Bücheler* rogatam *(sic) Nn* **31** Qui *(facile pro* Que *accipitur) N*, Quę *n* **39** rabidas *Duhn*, tab- *Nn* **40** nuntius *N*, Mutius *n* **44** Colchis *(gen.) Nn*, -us *Duhn* **45** secum *Nn*, socia *Rossberg ex 8, 449* **46** nossent *Bücheler*, -et *Nn* **49** citherem *Nn*

blanda potens mitis, fecunda venustas amoris,
pulchra voluptatum genetrix et numen amantum,
te divum regina precor, matrona Tonantis:
est nimis acceptus iuvenis mihi pulcher Iason,
qui gelidum quondam mecum transnaverat Istrum
et nunc infelix trahitur captivus ad aulam
Aeetis immitis forsan mactandus ad aras.
eripe captivum, retinent quem mille catenae,
mitte pharetratum puerum, mea Cypris, Amorem,
igne tuo flammata cadat furibunda virago,
discat amare furor, tandem sit blanda sacerdos,
templa pharetratae contemnat virgo Dianae,
despiciat delubra deae. licet immemor exstet
religionis amor, timeant nec fulmen amantes,
te solam putet esse deam, te numen adoret,
te metuat metuenda deis, te iudicet unam,
quam mare, quam tellus, quam numina cuncta fatentur
imperio subiecta tuo per templa per aras,
esse voluptatum dominam. quae corda parentis
flectis et exutum telo candente Tonantem
despiciat me saepe iubes nec castus Olympum
destituat, sit ut imber olor, bacchetur adulter
vel quodcunque meum placuit mutare maritum —
non queror: Aesoniden tantum peto filia regis
nunc amet et laudet; mox hunc suspiret anhelet,
quem mactare parat; solvat cervice catenas
torpescens armata manus, cui brachia collum
circumdent mucro⟨que⟩ cadat ieiunus ad aras.'
finierat matrona Iovis. sic orsa Dione:

---

59 Aeetis *Duhn* (*gen. ab* Aeetes), ∴ Aethos (*i.* Aethios) *N*, ∴ Aethos *n*, Aeetae *Baehrens* **61** Mitte *N*, Micte *n* **65** exstet *Bücheler*, -at *Nn* **66** timeant *Bücheler*, timent *Nn* **68** iudicet *N*, iudicen *corr. in* -et *n* **74** Destituat *Bücheler*, -uet *Nn* **75** quodcumque *Nn*, quoc- *Duhn* **76** Esonidem *Nn* **77** anhelet *Duhn*, -lat *Nn* **80** mucroque *Baehrens*, mucro *Nn*, et mucro *Duhn*

'me Venerem me, Iuno, decet me, blanda noverca,
imperio parere tuo: quid plura loquemur?
oderunt mea castra moras.' sic fata Cythere
quaerit amoriferum per tota rosaria natum.
ille deas ponti telo flammabat in undis
maternis submissus aquis. Hymenaeus ad illum
mittitur. huic fluctus produnt fumantibus undis.
ut pelagus caluisse videt, 'hic aliger' inquit,
'hic latet Idalius. sed non latet, aequora fervent.
agnosco stridere fretum, ceu Phoebus anhelos
oceano demergit equos, cum nocte propinqua
luna venit stellante polo pendentibus astris.
huc ades, o lascive puer; te mater ubique
quaerit et e cunctis vestrum me misit alumnum,
ut venias parcente mora.' sic fatus. at ille
fluctibus e mediis surgens rutilante capillo
excussit per inane caput, quatit impiger alas,
ut pennas desiccet aquis: micat ignis ut astra
plausibus excussus pueri; per cuncta videres
scintillare diem, volitant super aequora flammae.
sic, ubi puniceos rutilans Aurora capillos
pectinat ante diem, quae mox perfundat Eoum,
Phoenix, sola genus, senio lassata vetusto,
cinnama cui folium nardum tus balsama amomum
informant post saecla pyram reditura, sepulchrum
conscendit factura rogos et verberat alas
ut flammas adsciscat avis (sic nascitur ignis
ante alitem ambrosios iam consumpturus odores):
sic puer Idalius spargebat plausibus ignes:
piscis aves armenta pecus fera pastor anhelant
flammigero surgente deo. volat inde per altum.

---

88 huic *Bücheler*, hunc *Nn* **94** Hûc (*i.* Huic) *N*, Huc *n* **99** ut *Nn*, ad *vel* in *Baehrens* **100** excussus *N*, -is *n* **103** perfundat *Nn*, -det *Duhn* **105** Cinnama *Duhn*, Cinnima *(non sat perspicuum) N, om. in spatio vacuo n* **109** Ante alitem *Nn*, Alitem et *Rossberg*

iam volucer non udus erat: quocunque propinquat
aut ubicunque fuit, blando fervore vaporat,
quem sequitur vernalis odor; via pulchra rosarum
tenditur et violas pallentes candida peplo
lilia distingunt ac florea semita crescit:
persulcans per inane polos micat orbita florum.
Cypris odoriferos sensit fraglare volatus:
'natus adest' inquit; 'multis iam spargitur aer
floribus, ambrosio totum respirat odore.'
dum loquitur lasciva Venus, venit ecce Cupido
fessulus et gremio matris libratur anhelans,
quo sessurus erat. quem protinus illa volantem
occupat et crines componit mater Amori
ac puerum complexa fovet dans oscula nato.
sic blandita iubet: 'Pyrois, mens ignea mundi
atque vapor fecunde poli, successio rerum,
affectus natura genus fons auctor origo,
tu vitae fecunda salus, tu blanda voluptas,
tu princeps pietatis, Amor, te praeduce mundo
alternant elementa vices et non perit orbis,
cum pereant quaecunque ⟨creat⟩, nec sentit ademptum
successu redeunte novo. venit ecce noverca,
in manibus iam Iuno meis supplexque precatur
quae fuerant optanda tibi: Medea sacerdos,
sacrilega quae voce solet compellere caelum,
invitos accire deos, urgere Tonantem,
dum precibus elementa quatit mare sidera terras,
naturam turbare simul, tua tela medullis
excipiat — hoc Iuno petit — iuvenemque Pelasgum
diligat optet amet cupiat suspiret anhelet.
sollicitus tamen ista para cautusque memento:

---

113 uolucreR *N*, uolucrer *n* **119** fraglare *N*, fraglare (r *prior ex* l) *n* **127** Pírois *et* P *ante versum Nn* **132** uices *n*, duces *corr. in* uices *N* **133** creat *add. Bücheler, om. Nn lacuna nulla* **135** precatur *Baehrens*, nocatur *N*, uocatur *n*

Medeam fixurus eris.' sic fata Dione.
risit Amor matrisque sinu se subtrahit ales;
spicula saeva legit, quibus olim Luna per umbras
pastorem flammata tenet nec sustinet ignes
Luna Cupidineos, Solis quae sustinet orbem
et fratris radiis conceptus lucis adoptat.
'hoc' ait ignipotens 'telo Medea cremetur,
quo Scythicam succendit Amor, dominaeque favillas
excutiam per templa volans, et virgo cruenta
adprobet hos arcus dominae plus posse pharetris.
namque Diana feras, cervos et figere dammas
adsolet: hoc telum reges et numina figit.'
quattuor interea niveas adstare columbas
Cypris amoena iubet: roseis frenantur habenis,
candida puniceis subduntur colla rosetis
(nam iuga sunt compacta rosis), fert dextra flagellum,
purpura quod mollis, tenuis quod sericus ornat.
iam volucer conscendit aves et blanda Voluptas
it comes, Amplexus veniunt, Hymenaeus adhaeret,
Gaudia concurrunt, Risus atque Oscula pergunt.
nam licet Idalias sociarint frena columbas
et iunctae per cuncta volent, tamen impiger ales
nunc hanc nunc illam residet gaudetque iugales
iam relevare suas et se pensare volatu
(sublatum propriis persentit in aera pennis
aurigam quadriga volans) iterumque columbas
adpetit et pharetris concludit dorsa volantum.
nondum per Scythicas glacies stat barbara Colchis,
et iam bruma rigens Arctoi tristior axis
torpebat⟨que⟩ coacta gelu. hoc penniger audax
it magis. accessu pueri plaga maesta serenat

---

151 Quo *Duhn*, Quos *Nn* **152** Excutiam *N*, Excipiam (x *ex* t) *n* **154** et figere *Bücheler*, effigere *Nn* **167** uolatu *Bücheler*, -tum *Nn* **170** concludit *(quasi finem facit) Nn*, contundit *Peiper*, conpludit *Marx* **173** Torpebatque *Vollmer*, Torpebat *Nn* hoc *Vollmer*, et *Nn* **174** It *Vollmer*, Et *Nn*

adventum testata dei: mox taetra fugantur
nubila, caeruleos excludit flammiger imbres.
impia iam Colchis, iam saevior ara Dianae
coeperat ostendi: iam tunc mandante tyranno
ecce trahebatur ceu taurus pulcher Iason,
quem sequitur Medea nocens urgetque ministros
nudato mucrone furens. delubra subibant
iamque propinquabant aris. sed numen amantum
furtim templa petit, sonuerunt tela pharetris:
exultat gavisa nimis Medea sacerdos:
telorum strepitum castae putat arma Dianae
increpuisse tholo, credit sua vota sacerdos
ante preces audisse deam. mox numen adorans
'omen adest' inquit, 'Triviam te, Luna Diana,
confiteor perstans, heres Proserpina mundi;
nam tria regna tenes: tu caelo Cynthia regnas,
venatrix terrena micas, capis atria Ditis,
tempora distribuens regnis et cursibus apta:
iam grates audita loquor. iacet hostia templis
per fluctus advecta tuis.' sic fata per aras
virgo cruenta molam perfert. at mystica nutrix
fessa licet tremebunda gemat, tamen ipsa iacentem
tendere colla iubet vel pectora prona supinet.
ergo peregrinus cum iam versatur Iason,
forte oculos per tecta levat: videt ecce volantem
atque salutantem puerum. sed nauta precatur
murmure sollicito: 'numen, quod mundus adorat,
si caelum, si terra tui sunt, alme, triumphi
vel quidquid natura creat, si sanguinis expers

---

177 colchis *n*, coch colchis *N* **179** ceu taurus *Bücheler*, centaurus *N* **180** ministros *Bücheler (cf. v. 261)*, -tras *N* **182** sed *Bücheler*, sic *N* *ante* **185** *in eodem versu scriptus sed deletus v.* **187** *in n* **185** strepitum *N*, -tu *Schenkl* **189** Confiteor *Duhn*, Confidit eō *N n* mundi *n*, mondi *corr. in* mundi *N* **190** tenes *N*, -eis *n* **192** apta *N*, acta *n*

mortis et infaustae es et sunt tantum hostia flores
matris et insertae pendent per templa coronae
sanguine virginei tantum contenta pudoris:
eripe me his, invicte, malis. ego victima servor,
atque utinam server, iaceo feriendus in aris.'
audiit ignipotens (hominum nam murmura sentit)
et ridens gavisus ait: 'pirata decore,
quid metuis, quem fata manent, cum vita superstes
restat adhuc, quem regna petunt, cui pellis inaurata
imminet et coniux dabitur Medea sacerdos?
sed memor esto mei, ne te fortuna superbum
reddat et incipias iterum ceu nauta venire.'
dum loquitur pennatus Amor, iam virgo levabat
destricto mucrone manum. captivus Iason
exclamat: 'succurre Venus, succurre Cupido:
iam ferior, Medea ferit.' sic fatus. at ille
ignea sidereo componit spicula nervo,
misit arundineum per flammea cornua ferrum,
stridula tela volant: rapiunt praecordia flammas,
corda calent oculique labant, suspiria rumpunt,
marcida funereum laxavit dextera ferrum.
sed nutrix mirata moras 'dic, virgo, quid haeres?'
increpat 'ecce feri. fibrae rapiantur et exta,
consultum det fata iecur. Medea, moraris?
occidimus: torpescit iners antistita Phoebes
permixto pallore rubens, non lumina vibrat,
non furit aut tremuli strident in murmure dentes.
cur homicida vacas et stas rea? sed rea non es,

---

204 es et *Baehrens,* sed *Nn* tantum *Bücheler,* tamen *Nn* **206** contenta *Nn,* -te *Baehrens* **207** me *N, om. n* ego *N,* ergo *n* **208** seruer *Duhn,* -ar *Nn* iaceo *N,* iaceor̄ (o *ex* t) *n* **211** cum *Nn,* cui *Bücheler* **212** inaurata *Vollmer,* aurata *Nn cum signo ∴ ante versum* **213** coniuñx *N,* coniux *n* **215** Reddat *Bücheler,* -et *Nn* incipias *Bücheler,* -es *Nn* **226** rapiantur *Bücheler,* -untur *Nn* **227** Consultum *n,* -trun *N* **228** torpescit *Bücheler,* top- *N,* tep- *n* Antistia *Nn* **230** tremuli *Duhn,* -lis *Nn* **231** et *Bücheler,* sed *Nn*

si fueris homicida magis. cur explicat artus
aut tangit cur saepe caput, quid spirat hiatus
oris et ad zonam digiti mittuntur inermes?
an magus est pirata iacens et sacra Dianae
murmure sollicito prohibet solvitque profanus?'
dixerat et gladium dextrae revocabat inerti
impia turpis anus. rursus conclamat Iason:
'victima sum, pereo, iugulis male mucro minatur.'
pennatus subrisit Amor rursusque sagittas
iecit et ardentis nutantia corda fatigat.
aestuat interea sacris repetita sacerdos
ignibus. effatur: 'non est haec victima digna:
non torta cervice iacet, male palpitat, artus
erigit impatiens et saucius ante dolorem,
sanguine membra carent; iam non erit hostia grata,
quae sicco mucrone cadet.' conversa sacerdos
ad iuvenem: 'dic nauta fugax, pirata nefande:
est consors matrona decens an caelibe vita
degis adhuc nullumque domi ⟨tibi⟩ pignus habetur?'
'solus' ait captivus 'ego, mihi pignora nulla
coniugis aut sobolis.' dictis gavisa virago
blanda refert: 'vis ergo meus nunc esse maritus?'
'servus' Iason ait, 'tantum ne vita negetur
te precor et dominam fateor.' sic fatus. at illa
rumpi vincla iubet; virgo suspendit ab aris,
ut facinus purget proprium: vocat ipsa maritum
vestibus indutum Tyriis, quas sericus ambit
mollis et in medio fulvum distinxerat aurum,

---

232 fueris *n*, -ris *ex* -rit *N* **235** iacens *n*, Ia- *ex* no- *N* **244** Non torta *Nn*, Contorta *Peiper* **245** dolorem *Nn*, dolonem *Baehrens* **248** dic nauta *Duhn*, dignata *Nn* **250** tibi *add. Duhn, in Nn lacuna fere trium litterarum;* iam *Baehrens* **251** Solus *N, item n, sed* S *ex* C **256** Rumpi *Vollmer*, -it *Nn* iubet (*sed* iubetque viro suspendat) *Bücheler*, iuueniq; *et ∴ ante versum Nn* **258** quas *n*, quam *corr. in* quas *N*

blattea puniceo radiabant stamina filo.
expavit nutrix, omnes stupuere ministri.
at puer ignipotens victor per templa triumphat,
nudus ludit Hymen, mollis Lascivia saltat,
blanda Libido coit, simplex Affectus inhaeret,
ludicra puniceis resonabant Oscula labris,
dant faciles plausus Concordia Gratia Lusus:
sponsus Iason erat gaudens et sponsa sacerdos
ad thalamos post templa. duci tunc pronuba Iuno
adfuit et grates Veneri facunda canebat.
ecce triumphantes Ingratia dura iugales
consequitur, gressus consors Oblivio iungit.
marcidus interea domitis rediebat ab Indis
Liber, anhelantes residens post proelia tigres;
quem sequitur iucunda manus saltare parata
ebria pampineis miscens vestigia thyrsis.
sensit amoriferum Scythicam fixisse sagittis
et volucrem puerum populatum templa Dianae:
'illo iam gressus' dixit 'convertite tigres:
estis opus, mea turba, deo. properate, ministri:
penniger Idalius minor est sine munere nostro'.
dixerat et Scythiam vacuus iam sponte petebat:
iam venit ad Colchos, iam se Semeleia iungunt
agmina, Bybliades saltant Bacchaeque rotantur.
venatu interea rediens delubra petebat
plectriferi germana dei, mirata repente
quod sileat templum, subito quod sparsus ubique
ambrosius sic fraglet odor. sonuere per aures

---

260 Blätea *Nn, sed nulla in margine nota* radiabant *N*, -bat *n* **264** affectus *Nn*, Amplexus *Gudeman ex 6,60. 10,162* **266** lusus *Nn*, Risus *Rossberg ex 6, 60. 10, 163* **267** saceo sacerdos *N (non n)* **268** duci tunc *Vollmer*, ducit et hunc *Nn*, ruit. tunc *Bücheler* **269** Veneri *Duhn*, -ris *Nn* **271** consors *N*, concors *n* iungit *N*, nungit *corr. in* iu- *n* **280** munere *N*, murmure *n* **281** uacuus *(scil. bello) Nn*, Bacchus *Bücheler*, currus *Duhn* **284** petebat *n*, -ban *corr. in* -bat *N*

fescennina deae: 'pulchrorum vota geruntur:
iungitur Aesonidi fulgens Medea marito'.
erubuit doluitque simul: 'non omine fausto
coniungatur' ait 'nec prospera flammea sumat:
displiceat quandoque viro, cui turpiter audax
sacrilegus processit amor; sed iustius opto:
perfidus egregiam contemnat nauta iugalem,
dulcior affectus vel amara repudia mittat;
funera tot videat, fuerint quot pignora, mater,
orba parens natos plangat, viduata marito
lugeat et sterilem ducat per saecula noctem.
advena semper eat, se tanti causa doloris
auctorem confessa gemat.' sic fata Diana
tristis abit; delubra tacent, sacraria maerent,
sanguine templa carent, nutrix tamen atria tantum
templorum servabat anus; haec anxia crimen
virginis et raptum deflebat maesta pudorem:
qualis in exustis per sordida tecta ruinis
strix nocturna sonat rostro stridente per umbras;
qualis et horrendus funesto carmine bubo
conqueritur deflenda gemens, dum tristia maestus
funerea sub nocte canit, sic anxia nutrix
ingemit et tremulas diffundit maesta querellas. —
nuntius interea maesto volat ore satelles
ad regem subvectus equo natamque tyranno
indicat ignoto passim nupsisse marito.
expavit genitor: sic quondam tristis Agenor
concidit Europae senior fraudatus amore,

---

291 Coniungatur *n*, -iug- *N* **294** nauta *Duhn*, nata *Nn* **298** noctem *(i. tempus concubitus) Nn*, sortem *Ribbeck* **299** se *Duhn*, sit *Nn* **301** *ante versum ∴ pictum et deletum in N et n* abijt *Nn* sacraria maerent *n*, nutrix tamen atria tantum *et supra scriptum* sacraria maerent *N* **302** tamen *Nn*, uacua *Baehrens* **305** exustis *Rossberg*, exhaustis *Nn* **307** bubo *Bücheler*, bufo *Nn* **309** nutrix *n*, nutrrx nutrix *N*

cum nesciret adhuc generum meruisse Tonantem.
⟨ira dolor⟩ numen pietas iniuria regnum
⟨concuti⟩unt franguntque virum, iubet arma ministris
⟨expediant⟩, nam fama ducem rapiebat in enses.
cum poenas mortesque parat, venit Indus ad aulam
Liber et egregia compressit voce furentem:
'sic tibi, rector', ait 'mentem possedit inanis
relligio? sic pignus amas ut tela parentur?
quid furis? exspecta dulces de prole nepotes.
virginitatis onus melior tolerare sacerdos
non potuit: fervescit amans et casta Diana
pastorem confessa virum.' haec Liber aiebat.
mulcentur iam corda ducis natamque tyrannus
purgat et extemplo Medeae laudat amorem:
sic meruit veniam generum confessus Achilles,
sic pater ignovit Lycomedes, pectore natae
et Pyrrhum suscepit avus gremioque nepotem
fovit et ad Troiam post crimina misit Achillis.
ut Scytha mollitus blanda pietate mitescit,
mox iubet ut generum vel pignus regis ad aulam
deposito terrore rogent. tunc regia lauro
cingitur et postes soceri pia serta coronant.
mox thalamos subiere pares: laetatur Iason
sponsus et in castris Veneris Medea triumphat.

---

316 nesciret *N*, nescisset *n* *in versuum* **317-319** *initiis spatia 11 fere litterarum vacua in Nn sunt relicta;* **317. 318** *expl. Bücheler,* **319** expediant *Vollmer,* Coniugii *Bücheler,* Dedecoris *Baehrens* **317** regnum *Nn,* regni *Duhn* **319** rapiebat *n,* -bant *N* **324** Quid *Bücheler,* Qui *Nn, quod Baehrens servavit distinguendo* qui furis, exspecta **327** aiebat *Nn,* aibat *Baehrens* **328** natamque *n,* nant natamque *N,* nautamque *Duhn* **329** ex templo *Nn* **331** ignouit *Duhn,* innotuit *Nn* **333** åchillis *Nn, male* -em *Rossberg; intellegas oportet de Achille per insidias necato* **336** Deposito *sic Nn,* Eiecto *Baehrens* rogent *Nn,* vocent *Bücheler; accipio: rogent, ut deposito terrore ad aulam veniant* /· lauro *et in margine* /· electro *Nn, inde Baehrens* Eiecto **338** laetatur *Bücheler,* -tus *Nn*

quattuor interea Phoebus transegerat annos,
sed natos Medea duos fecunda marito
ediderat, cum nocte iacens suspirat Iason
nec gemitus latuere magam: 'quam, callide, fraudem
quodve nefas moliris?' ait 'non fallis amantem.
dulcia saepe vigil contrectans pectora coniux
agnovi, quia furta paras, quia mente fugaci
infaustum quodcunque cupis. secreta polorum
cognosco, si morbus erit, si bella parentur,
si pluet aut flamma caelum rutilante coruscet:
et tu Medeam credis quia fallis, Iason?'
tunc sic Aesonides stimulet quae forma medullas
indicat et pellis causas vel tempore tanto
quod lateat socios, quia iam sic regnat amicus,
consumptum quem morte putant planguntque parentes:
'optarem revidere meos iterumque reverti
ad thalamos, regina, tuos, monstrare Pelasgis,
quid coniux, quid fata valent.' Medea marito
'iam pariter pergamus' ait; 'sic aurea pellis
tollatur, lateant vastum ut mea facta draconem.'
dixerat et stratis rapitur sub nocte silenti.
astra vocans et signa ciens iubet illa Soporem
in nemus ad pellem vel templum Martis abire.
dormierat serpens; pellis subtracta marito
traditur et pariter fugerunt fratre necato.
accipiunt natos et singula pignora portant.
ventum erat ad Thebas, pellis datur aurea regi.
miratur rex ipse Creon, laudatur Iason,
quod freta, quod terras sic felix praedo vagetur.

---

341 Sed *Nn*, Et *Baehrens* **343** Nec *Duhn*, Ne *Nn* **349** caelum *Bücheler*, -lo *Nn* **351** sic *Nn*, huic *Baehrens* forma *Nn*, cura *Bücheler* **354** quem *Duhn*, q̃; *Nn* **355** Optarem̃ *sic Nn* **357** fata *Nn*, vota *Bücheler*, facta *Leo* **359** lateant vastum ut *Vollmer*, ut l. uastum *Nn* facta *Duhn*, fata *Nn* **361** soporem *n*, -nem *corr. in* -rem *N* **362** In *Baehrens*, Ad *Nn* **365** Accipiunt *Nn*, Arr- *Baehrens*

regis nata decens fuerat pulcherrima Glauce,
iam cui virginitas annis matura tumebat;
haec ubi conspexit iuvenem, flammata nitore
aestuat et laudans alieni membra mariti
optat habere virum. sonuit genitoris ad aures.
tunc rector Thebanus ait: 'si Iuppiter auctor,
si Lachesis, si fata iubent, nil ipse morabor.
progenies mea turpe cupit: Fortuna favorem
praestet et innumeri laudent per saecla nepotes.
virgineo dabitur pellis cum dote pudori.'
finierat senior. votum cognovit Iason
et grates electus agit. praecepta tyrannus
diffundit per regna nocens, invitat iniquus,
ut veniant ad vota duces. dum festa parantur,
cognovit Medea nefas nec tardius illud
credidit; ingratum nam senserat ipsa maritum.
ante diem tamen illa dolens, cum cerneret aulam
et regis fervere domum, cum magna parantur
prandia (venturi mittebant praemia reges),
signorum cursus et plenae cornua lunae
captabat Medea furens: iam clauserat orbem
Cynthia sidereis transcendens saltibus astra.
mox Colchis se spargit aquis, et sulphure puro
cum taedis fumans purgabat membra sacerdos
et campum secreta petens, ubi mille sepulchra,
⟨ad⟩stabat deiecta oculos, confessa reatum,
et Lunam manibus tensis cum voce precatur:
'astrorum princeps, signorum gratia fulgens

---

370 tumebat *N*, tim- *n* **372** Aestuat *Duhn*, ∴ Aestum *Nn* **376** cupit *Nn*, iacet *vel* perit *opinor, ut de Haemone occiso fiant verba* **377** et *Nn*, ut *Baehrens* **380** electus *n*, elatus *corr. in* electus *N* agit *n*, ait *corr. in* agit *N* **382** festa *Duhn*, sesta *N*, sexta *n* **384** nam *Bücheler*, nec *Nn* ipsa *corr. in* ipse *N*, ipse *n* **387** Prandia *Bücheler*, Premia *Nn* **391** sulphure *Baehrens*, -ra *Nn* puro *Vollmer*, lauro *Nn*, adusto *Baehrens* **394** Adstabat *Bücheler*, Stabat *Nn*

et caeli stellantis honos, caliginis hostis
ac nocturnorum triplex regina polorum
atque tenebrarum splendens patrona mearum,
cui cancer domus ⟨est⟩, ora clarissima mundi,
brachia contorquens stellis, quae mense peragras
quod Phoebus radians toto vix explicat anno,
corporis et dominam verax quam turba fatetur,
tu nemorum custos, tu mors pennata ferarum,
(ursus cervus aper pantherae damma leones,
retia cum veniunt aut cum venabula vibrant,
ante necem tua praeda iacent); te tertius heres
participem regni, consortem iuris amari
optavit mundumque dedit tibi dona secundum
(sub tua terribiles rapiuntur sceptra tyranni,
dives pauper inops raptor pirata sacerdos
advenient sub lege pari, non sorte sub una:
tu punis post fata reos et viscera saevo,
Persephone, das nostra cani), post regna barathri
quae vultum mutare soles visura Tonantem:
da veniam, Medea precor: cum clade suorum
non decet ira deos. mereor pro crimine poenam,
te feriente tamen, non ut mendicus Iason
sit vindex, regina, tuus, qui criminis auctor
ipse fuit: miseram solus non puniat, oro,
qui mecum feriendus erat; cuicunque iubebis,
colla paro feriat: tantum ne virgo Creontis
discidium pariat nautam ductura maritum.
exaudi famulam: dolor est, non zelus Iason.
quinque dabo inferias (sat erunt pro crimine nostro
inlustres animae): niveam cum Iasone Glaucen,
mortibus amborum regem superaddo Creonta

---

400 est *add. Duhn, om. Nn lacuna non indicata* **401** quae *Duhn*, q; *Nn* **410** terribilis *Nn* **414** regna *N*, fata regna *n* **418** mendicus *Nn*, mentitus *Duhn* **421** erat *Nn*, erit *Baehrens* **423** pariat *Duhn*, parat *Nn* **425** dabo *n*, dabos *N* erint *Nn* **426** Glaucem *Nn*

et natos miseranda duos, mea pignora, supplex
offero, sacrilegos nostro de corpore fructus,
ne prosit peccasse mihi'. sic fata sacerdos
suspexit non ire polos, nec Luna videtur
sic tauros urgere suos, sed cursibus astra
ignitis responsa dabant. gavisa sacerdos
vertit ad infernum gemitus regemque barathri
secura iam voce ciet Furiasque precatur:
'impie rex Erebi, qui formidabile regnum
mortis habes, quem terra premit, qui funera mundi
excipis et tantis non exples luctibus aulam;
anguicomae vos quoque deae, quibus impius horror
turpia vipereae funduntur membra cerastae
(plurimus ora tegit pendens de vertice serpens
et sinuant orbes per pallida colla dracones):
si manibus laniata meis mala victima vestros
ad manes pervenit homo, si viscera matris
vos propter scindens homines in ventre necavi,
nunc nostras audite preces. regnator Averni,
crastina cum Glauce veniet nuptura marito,
mox Furias admitte tuas; properate, sorores
Tartareae: Thebis iterum iam vota geruntur,
currite, per thalamos Iocastae frater et heres
coniungit natam. gens ⟨haec⟩ est vestra: dicavit
mortibus impietas, affectus funera praestant.
cur mora? nam nihil est quod non me exaudiat unquam.
virginitas si casta placet, retinere pudorem
si libet et nunquam contagia blanda mariti
quaeritis, innuptae nuptam exhorrete sorores.
si Furias saevire precor nec sponte nocetis,
non estis Furiae: nomen mutate domosque,

---

431 ire *Rossberg,* iure *Nn* **432** cursibus *Nn,* crinibus *Baehrens* **436** Impie *Duhn,* Iam pie *Nn* **451** gens haec *Bücheler,* genus *Nn* dicavit *Baehrens,* -bit *Nn* **453** quod *N, om. n* non me *Duhn,* me non *Nn* **457** nocetis *N,* nocebis *corr. in* -tis *n*

ponite serpentes, alienas reddite flammas
et puerum Veneris, quem iam tempsistis, amate'.
dixerat et terra spatium tremibunda ciebat:
quo steterat Medea loco, telluris hiatus
finditur. attonitas inclinat cautior aures
et surgens 'audimur', ait, 'nam terra tremescit,
verbera plaudentum resonant per inane sororum,
sibila vipereis vibrant sub dentibus angues.
res melior tempusque monet redeatur ad urbem.
ante tamen fluvio corpus mergatur et undis.'
quod maga digrediens mox perficit et petit urbem.
exilit interea tecturus Lucifer astra
puniceo praevectus equo rutilusque micansque
concusso de crine iubar diffundit in orbem
flammigeri roseas praecedens solis habenas:
coeperat aula ducis strepitu resonare clientum.
iam Phoebus scandebat equos et luce rubebat
post noctem ventura dies, iam tecta Creontis
regibus implentur, iam proxima virgo marito
sederat et tabulas calamo sulcabat Iason;
'conventum pactumque', sonat 'signate tabellas'.
horrida Tartareo veniens de gurgite virgo
Tesiphone signumque premit gavisa Megaera,
Allecto testis ceras adamante notavit:
anguibus horrendis per regia tecta flagellant.
interea Medea novam formare coronam
coeperat et niveis miscebat sulphura ceris:
pix et stuppa ligat, species dat quattuor artis
mascula tura cremans, sterili suffire cypresso

---

460 amate *Duhn*, aëtate *Nn* **461** spatium *Nn*, strepitum *Bücheler* **463** aures *N*, -ras *corr. in* -res *n* **469** maga *N*, magna *n* **471** preuectus *Nn*, prov- *Bücheler* **475** rubebat *Bücheler*, ruebat *Nn* **479** ∴ Conuentum *N*, ∴ Conuectum *n* sonat *Bücheler*, sonant *Nn* signate *Bücheler*, signat† *Nn* **482** Allectos *Nn* **484** coronam *n*, no coronam *N* **486** artis *Nn*, aris *Baehrens*

cura fuit cyproque ligat, quod naufraga puppis
perdiderat; cristata manus sancire iubetur:
lambere caeruleis permisit serta cerastis.
exitiale repit mox praemia taetra venenum,
atque aurum mentita nocens radiare corona
creditur et gemmas flores imitantur iniqui.
dum funus Medea parat haec munera Glaucae,
processit roseis sol mundum amplexus habenis.
at maga sulphuream ponens ad busta coronam
haec ait: 'o mundi facies pulcherrima, Titan,
naturam fervore tenens, elementa coartans,
ne dispersa fluant aut mundi machina mergat,
stelligeri iubar omne poli, quem sphaera polorum
sustinet et prohibet rutilam plus ire per aethram,
dum contra rapis axe rotas et colligis ignes;
ipse pias animas mittis et claudis in aevum
orbe tuo: miserere tuae, deus optime, nepti.
insidant haec serta comis et virginis ora
digna corona premat: sint, inquam, regis in aula
munera nostra rogi, dent praemia tanta sepulchrum,
ignea mors rapiat sponsum cum paelice busta.'
sic effata minax Solis mox numen adorat.
'tempus ⟨ad⟩est, pergamus' ait. sic fata coronam
tollit et insontem fingens ad tecta Creontis
venerat, oblata sponsae dat serta puellae:
'accipe, virgo, libens auratam in fronte coronam,
quam captiva dabo, qualem mea pignora sumant.'
dixerat et capiti, quod iam diademate regni

---

488 puppis *n*, cypus puppis *N* **491** repit *Nn*, rapit *Bücheler* **494** funus *Baehrens*, munus *Nn* glauce *Nn* **495** *ante* amplexus *scribi coepta* p *in N sed deleta (non in n)* **499** mergat *Nn*, vergat *Bücheler* **501** prohibet *Duhn*, -bes *Nn* **503** mi'tis *N*, mittis *n*, mites *Bücheler* **507** dent *Bücheler*, dant *Nn* tanta *Nn*, tacta *Leo*, taetra *Duhn* **510** adest *Duhn*, ∴ est *Nn* **511** et *Nn*, ut *Duhn* fingens *Duhn*, pingens *Nn* **513** in *Nn*, *del. Bücheler*

splendebat, fera serta locat. laudata recedit
Colchis, et infaustas vomuerunt munera flammas:
has radians nam Phoebus alit. iam creverat ignis:
uritur ingratus usta cum virgine nauta;
cum genero nataeque parat succurrere rector
uritur ipse Creon; rogus est mox aula tyranni.
diffugiunt omnes, populi conviva ministri,
saltantum fugere chori, nam festa canentes
ambusti lamenta sonant nec tympana plausu
percutiunt, sed turba gemens hinc inde lacertos
verberat et flentes sed non sua funera plangunt.
stabat sola nocens necdum satiata sacerdos
nec secura tamen: nunquam sic posse venena
credidit aut precibus tantum servire Furores.
sed postquam solos quos iusserat ignis adussit,
tunc natos furibunda premit. nam Mermerus insons
et Pheretes matrem blanda pietate vocabant.
ut flammas vitare queat, infantia simplex
affectu petit ipsa necem vel sponte pericla
quaerit inops, passura necem mucrone parentis,
ignari, quae mater erat quid saeva pararet.
tunc genetrix furibunda manum suspendit et ensem
ac fatur: 'Sol testis avus, Sol Persice Mithra,
Luna, decus noctis, Furiae, Proserpina, Pluton:
accipe, Sol radians, animas, tu corpora, Luna,
nutrimenta animae; fundit quem mucro cruorem,
sumite vos, Furiae; noctis rex exigat umbras.
spiritus in ventos . . . . . .
. . . . . satis est punisse nocentes

---

516 Splendebat *n*, Spled- *N* **530** solos *Nn*, *vix* solidos adusit *Nn* **532** Pheretes *Baehrens*, ferentes *Nn* **533** queat *Nn*, queant *Bücheler* **534** *et* **535** *post* necem *fines versuum inter se commutavit, sed ipsa correxit N; recte n* **538** Ac fatur *n*, ∴ Af Ac fatur N_{ni} Persice *Duhn*, persce *N*, perste *n* Mithra *Duhn*, mi^tra *N*, ministra *n* **543** *post* ventos *lacunam indicavit Duhn*

insontesque simul. miseros hoc ense necabo,
quo genitor feriendus erat; nihil ipsa dolebo,
si ingrata maneat nullus de gente superstes'.
haec ait et geminos uno simul ense noverca
transegit pueros. quos sic portabat ad arcem
(ut proceres videre nefas, timuere cruentam
et doluere simul) ceu quondam baccha Lyaei
saeva caput iuvenis mater gestabat Agaue.
'his' inquit Medea 'rogis, ubi pulchra noverca
et pater ipse Creon vel perfidus arsit Iason,
vos, miseri, commendo, meis'. sic fata minorum
corpora saeva parens funestos mittit in ignes
et currus metuenda petit. venere dracones
viperea cervice iubas et colla levantes
squamea, cristato radiabant vertice flammae.
currus taeda fuit, sulphur iuga, temo bitumen
et rota cupressus, solidarat frena venenum,
plumbeus axis erat raptus de quinque sepulchris.
occupat illa gravem funesto corpore currum,
ire Furor residens taetros simul imperat angues.
tolluntur celeres; mox se tellure levabant,
iam nutant per inane rotae hinc inde labantes,
aera saeva petit volitans quadriga venenis
et poterat fuscare diem, corrumpere ventos,
ni Phoebus rubuisset avus de crimine neptis
et totum meliore coma perfunderet orbem.
saeve Furor, crudele Nefas, infausta Libido,
Impietas, Furiae, Luctus, Mors, Funera, Livor,

---

546 maneat *Duhn*, meneat *N*, meurat *n* **551** gestabat *Bücheler*, test- *Nn* **554** meis *Nn*, mei *Duhn* **560** cupressus *N*, cipr- *n* solidarat *N*, -bat *corr. in* -rat *n* **563** Furor residens *Duhn*, furore sidens (-ns *ex* -nt *N*) *Nn*, *in n (non in N) ∴ ante versum* **564** se *Duhn*, e *Nn* tellure *n*, tu tellure *N* **565** lauantes *Nn* **566** venenis *(i. serpentibus) Vollmer*, -na *Nn*, -ni *Bücheler* **569** perfunderet *Bücheler*, prof- *Nn* **571** furiię *n*, fur furię *N*

linquite mortales miseroque ignoscite mundo,
parcite iam Thebis, diros cohibete furores.
inde venit quodcunque nefas: hic Cadmus ⟨aratro⟩
obruit infaustis crudelia semina sulcis,
unde seges ferrata micat vel Martis anheli
heu male conceptis praegnatur terra venenis
(emicuit galeata cohors aciesque nefanda,
rumperet ensiferis cum ferrea messis aristis,
insurgunt clipeis, rapiunt simul arma phalanges
mortibus alternis et mutua fata minantur
fraternumque nefas qui gessit vindicat ensis);
inde Athamas miserandus erat, miser inde Palaemon,
inde Iocasta fuit, turpis fuit Oedipus inde,
inde Eteocles erat frater Polynicis et hostis,
et Polynices inops germani morte peremptus.
blanda Venus, lascive puer, Semeleie Bacche,
parcite vos saltim, Thebis quibus auctor origo
aut soboles praeclara fuit: tibi mater, Iacche,
Thebana de stirpe, †tartara tibi diones
Harmoniam nupsisse ferunt: pro munere Thebae
et pro tot meritis sic funera tanta merentur?
crimen erit genuisse deos: iam Creta Tonantem
depositum nutrisse neget, iam Delos in undas
fluctuet et paveat partus meruisse deorum,

---

572 Liquite *Nn* **574** hic *Duhn*, sic *Nn*, ut *Baehrens* aratro *in versu omissum in marg. add. N et n, sine dubio marginale fuit archetypi* **576** Unde *Duhn*, Inde *Nn* ferrata *Duhn*, fe̅r̈r̈a̅ (i) *N*, ferri *n* an̊heli *Nn* **578** galeata *n*, gạlạṭ galeata *N* **583** Inde Athamas *Duhn*, †Inde talamas (u) *N*, †Inde thalamus *n* **585** Eteocles *Duhn*, Thocles (T *quasi fuerit* 7 = et *N*) *Nn* **586** Polinices *N*, -ceps *n* peremptus *Bücheler*, tê̅rentus *Nn* **587** Semeleiae Bacchae *Nn* **588** saltim *Duhn*, saltis *Nn* **589** Iacche *Duhn*, iacet *Nn*, Iacche, est *Baehrens* **590** *ut supra Nn;* gener tibi, Cadme, Diones *Bücheler*, tuam Thebisque, Dione, *idem*, tibi, spartarcha, Diones *Leo* **591** Harmoniam *Duhn*, Ar̈monia *Nn*

te Venerem freta vestra negent, abiuret Amores
Cyprus et Idalium pigeat coluisse Dionen,
Vulcanus Lemno, Iuno spernatur ab Argis,
Gorgone terribilis Pallas damnetur Athenis,
sit⟨que⟩ nefas coluisse deos, quia crimen habetur
relligionis honos, cum dat pro laude pericla.

---

596 abiuret *Duhn,* adiures *Nn* **597** Cypris *Nn* dionem *Nn* **600** Sitque *Bücheler,* Sit *Nn*

INCIPIT ORESTIS TRAGOEDIA

Gaudia maesta canam detestandosque triumphos:
victoris pro laude necem, festiva cruenta,
funeris affectus et lamentabile votum
coniugis Iliacae, non quae iugularet Atridem,
laurea regali rutilantia serta cruore
et diadema ducis foedatum tabe cerebri;
matris in exitium memorem oblitumque parentis,
inpietate pium, reprobae probitatis Orestem,
iniustos, sed iure, deos ratione feroci
insontemque reum, purgantia templa sororum
Thraecia, virginitas qua dat de clade salutem,
fraude pia mendax melior germana sacerdos. —
te rogo, Melpomene, tragicis descende cothurnis
et pede dactylico resonante quiescat iambus:
da valeam memorare nefas laudabile nati
et purgare foro quem damna⟨vere sorores⟩,
quem dolor accendit, pudor excitat, erigit ira,
mens levat, attollunt animi, bonus impetus urget
(dat furor arma pius, pietas dat noxia ferrum),

ORESTES *titulum dedi ex B*, Horestis fabula ab enoch asculano reperta Incipit *A* **1** Gaudia *B*, Audia *(om. init.) A* **4** non *A*, nã *B* iugularet *B*, -rat *A* **5** Laurea *Schwabe*, Aurea *BA* regali *A*, -lia *B* serta *A*, seria *B* **6** cerebri *A*, -brum *B* **7** parentis *A*, pat- *B* **8** reprobae *A*, prebe *B* oresten *B*, horestem *A* **9** feroci *B*, moueri (*in marg.* al' feroci) *A* **10** purgantia *A*, puerg- *B* sororum *BA*, furorum *A in marg.* **11** Tracia *A*, Tertia *B*, Taurica *Rossberg* qua *Schwabe*, q; *B*, cui *A*, *an* cum? **12** *om. A* mendax melior *Mähly*, mel. mend. *B* **13** melpomene *A*, melponmen *B* cothurnis *A*, cuturnis *B* **14** Et *BA*, Vt *Baehrens* **15** ualeam *A*, balẽ *B* **16** *om. A* *finem expl. Haase* **18** lebata tollunt *B*, labat attollunt *A*

et medicinales quatiunt sanare furores
extinctos titulos victriciaque arma sepulta:
criminis ultorem dum criminis amputat auctor
et thalami vindex thalamo spectante necatur,
ante toros iacet ille tori genialis amator.
ductorum ductor, regum rex dux Agamemnon
post duo lustra redux et post duo bella triumphans
Martia bellipotens referebat classica princeps,
puppibus Argolicis rex Pergama victa reportans
Iliacasque nurus et Troica germina matrum.
divitias Asiae rex censens corde silenti
maxima fulmineo dictabat dona Tonanti,
optima Iunoni scribebat munera magnae
atque Minervales donis addebat Athenas,
omnibus et superis, Danais quicunque favebant
. . . . . .
nescius uxoris scelerumque ignarus Egisti
dona Clytaemestrae non dignae multa parabat;
plurima subridens genitor disponit Oresti,
quae aptabat pietatis amor vel origo paterna,
non tamen aequa simul meritis animisque futuris;
dona verecundae servabat pulcra puellae.
interea findebat iter per caerula ponti
irato tranquilla deo recidentibus euris.

---

21 uictriciaq; *A*, uitr- *B* **23** thalami *A*, -is *B* spectante *Rossberg*, srectante *B*, sectante (e *prior ex corr.*) *A* **24** genialis *A*, gēlis *B*, regalis *C. G. Müller* **25** rex dux *A*, dux rex *B* agamemnon (-nō *B*) *BA* **26** Post duo (o *ultima ex* a *in A*) *BA* redux *A*, relux *B* duo *A*, dua *B* **29** Iliacasq; *A*, -gasq; *B* germina (e *ex* a *in A*) *BA* **31** fulmineo *A*, flu- *B* **32** Iunoni *C. G. Müller*, iunonis (tun- *B*) *BA* **33** addebat *(scil. in laterculo scripto) BA*, adolebat *Peiper* **34. 33** *ordinari voluit Haase; post* **34** *versum excidisse opinor* **35** Nescius *A*, Nestius *B* **36** dignae *A*, dicne *B* **38** paterna *Haase*, patena *B*, parenti *A* **39** simul *B*, suis *A*

candida fluctivagi tendebant carbasa venti:
quo non cursus erat, sed quo dux inpulit auster,
Taurica perducunt ad litora castra Pelasga.
imperat indomitus praedam praeire Mycenis
ipse secuturus post vota soluta Dianae.
ingreditur templum supplex, veneranter adorat
numina casta deae. dum ferret munus ad aram
(stamina purpureum pingebant serica velum,
pepla coruscabant variis gemmata lapillis),
vidit Iphigeniam turibula sera ferentem.
haeret et attonitos oculos in virgine figit:
obstipuit pietas et mens sibi conscia pravi.
agmine pro Danaum cultro feriente litatam
noverat et similem nasci potuisse putabat.
candida virgo tamen plus iam cognoscere patrem
coeperat, officium citius dedit ipsa ministrae.
mystica continuo sumptum vas igne replevit;
regia virgo cito per patria colla pependit,
oscula pura petens et dans, commercia mundi;
mox imber rigat ora pius nataeque patrique.
conticuit genitor, dum vultus gaudia plorant
et gemitus crebris singultibus oscula rumpunt;
tandem vocis iter pietas reseravit et infit:
'filia, noster amor et noster, nata, reatus,

---

43 uenti *A*, ponti *B ex v. 41* **44** dux *A*, lux *B* auster *Schwabe*, ester *B*, aether *A* **45** castra *BA*, transtra *L. Müller* pelasca *B*, -sgi *A* **47** post *A*, pos *B* **49** deae *A*, dae *B* dum (*ex* cum *corr. A*) *BA* feret *A*, ferre *B* **50** pingebant AB^2, pigne- B^1 serica *A*, -ga *B* uellum *A*, uelu *B* **52** ifigeniam *B*, ephi- *A* sera *(i. ab ipso patre olim oblita) B*, sero *A*, sacra *C. G. Müller* **54** Obstipuit *B*, Obstup- *A* conscia *A*, constia *B* **55** cultro *A*, cultor *B* litatam *A*, -ta *B* **59** sumptum *Peiper*, esūtum *B*, sūmum *A* **60** patria] p̃ria *A*, pauca *B* **61** dans *A*, das *B* **62** Mox *A*, Nox *B* ora *A*, ore *B* **63** genitor *A*, cen- *B* **64** gemitus crebris *B*, gemitu crebro *A* singultibus *C. G. Müller*, singultus (sinc- *B*) *BA* **65** iter *A*, itu *B* reseravit *A*, -bit *B* **66** Filia *A*, Iulia *B* amor *A*, ramors *B* nata *A*, nota *B*

viv⟨is an e⟩ffigies et imago volatilis extas?
sic ba⟨rathro n⟩on es sacrata morte dicata?
(gaudeo, da veniam) sic corruis ense deorum?
nam vivam te membra docent actusque fatentur.
dic igitur, qua sorte manes a matre dirempta,
ad delubra deae postremum tempora vincta
et, quod plus miror, per . . . . . sacra Dianae?'
dixerat haec genitor, cui sic est virgo locuta:
'cum, pater, Hectoreos peteretis classibus agros,
fraudis Vlixeae formatur epistola mendax,
nomina vestra tenens, quasi iusseris ipse venirem
ocius ad thalamos coniux sponsantis Achillis.
credula mater erat, quae me commisit Vlixi;
nec vocor ad thalamos, sed victima trador ad aras.
at mitis pia templa deae: miserante Diana
pro me cerva datur lugenda vicaria nullis.
sic rapior cultris et servio turis alumna.'

---

67 Viuis an effigies *A*, Viu . . . . . effigies *(mediae evanuerunt)* *B* uolatilis *A*, isol- *B* extas *A*, exta *B* **68** Sic barathro non es *Vollmer*, Sic ba . . non es *(mediae evanuerunt;* a *non plane certa, spatium convenit non* leto, *sed* baratro) *B*, Si uiuis et non es *A*, Si Diti non es *Baehrens* **69—71** *bis scripti in B* ($B^a B^b$) **69** sic *A*, si *B* **70** uiuam te $B^a A$, uiuantẽ B^b docen tactusq. *B*, docent tactusq; *A* **71** Dic igitur $B^b A$, Dicitur B^a dirempta *B*, direpta *A* **72** postremum tempora vincta *(i. post varia fata nunc antistita) Vollmer*, posterarũ tempora uita *B*, post tergum brachia uincta *A*, posita per tempora vitta *Schenkl; male is qui in A adulteravit lectionem aliique cogitaverunt de Iphigenia victima, nam rex conivente filia fingit omnino se nescire, quid filia a matre abducta passa sit* **73** p . . . . . sacra *(lacuna fere 7 litterarum) B*, nemorali (n *ex* m) sacra *A;* persolvens *Bücheler*, per Taurica *Schwabe* **75** agros *A*, sacros *B* **76** ulixeę formatur *A*, ulixeueor firmatur *B* **77** uestra *B*, nr̃a *A* ipse *L. Müller*, ipsa *BA* uenirem *A*, -re *B* **78** a^{cil}lis *B*, achilli *A* **79** quae *A*, quč *B* ulixi *A*, uliati *B* **80** aras *A*, oras *B* **81** At mitis *Vollmer*, Et mitis **at** (at *om. A*) *BA* deae *A*, de *B* diana *A*, -nae *B* **82** datur lugenda *Rothmaler*, datus lucenda *B*, datur ducendo *A* nullis *A*, -us *B*, -i *Rothmaler* **83** cultris *A*, -rix *B*

casibus auditis doluit gavisus Atrides;
qui numen veneratus ait prece pectore ture:
'plectriferi germana dei, Letoia Phoebe,
nomine tu quocunque dea praeclara vocaris,
numine mox ipso praestas quodcunque rogaris,
mitior existens, sacrum largita cruorem,
luctibus omissis donans lamenta parentum;
mucro sacerdotum fervet ieiunus et expers
sanguinis humani, contentus sanguine vili;
tu rapis ex aris animas et morte parata:
pignora redde precor reduci post funera patri,
ut prosit dempsisse neci: tibi, Delia, supplex
mille dabo pecudes, cervos hircosque suesque,
cornibus armatas lunata fronte iuvencas.
nil actum Troiae est, si non comitante Mycenas
virgine pergo redux plangenti reddere matri,
quam putat extinctam: vestra pietate redemptam
sentiat et vertat proprios in gaudia planctos.'
his precibus commota dea crudescit in iras:
avertit vultus oculos mentemque rogata.

---

84 Cas/bus *B* **85** ait *corr. in* agit *(sic) A*, agit *B* prece pectore ture *Vollmer*, preceptoreture *B*, precepta repertae *A* **86** Plectriferi *Peiper*, Plectrigeri *A*, Peletriiuri *B* Letoia *C. G. Müller*, lectuia *B*, letima *A* **87** dea *Rothmaler*, deae *BA* **88** prestas *B*, tribuis (*ex* -bus) *A*, praestans *Bücheler* quodcunque *C. G. Müller*, quodq. *B*, quocunq; *A* **90** omissis *BA*, et missis *L. Müller* donans *BA*, donas *Peiper* **91** fervet *Rothmaler*, febret *BA* expers *A*, expres *B* **93** Tu rapis *A*, Iurapis *B* **94** reduci *Baehrens*, regi *BA* post *A*, past *B* patri *A*, patri// (s *ut vid. fuit*) *B* **95** neci *A*, nec *B* **97** armatas (-ta *B*) lunata *BA*, armata lunatas *Schwabe* **98** actum *A*, altum *B* Troiae est si *C.G.Müller*, troies (troes *A*) si *BA* micenas *A*, licenas *B* **100** extinctam *A et ex* extigtam *corr. B* ūra *corr. in* n̄ra *A*, uestrā *B* **101** planctos *B*, uultus *et in marg.* luctus *A* **102** commota *BA*, non mota *Haase* crudescit *A*, crudea crudescit *B* **103** Auertit *A*, Abentit *(sic) B* o̓culos úultus *A* rogata *Haase*, -tam *BA*

sensit ut armipotens flammari corda Dianae,
terretur retroque pedem cum voce coercet;
tristis ad aequoreos celerat vestigia fluctus,
puppibus impositus proscindit cursibus aequor.
interea dum carpit iter spumantibus undis,
fama Mycenaeas volitans repleverat oras,
advenisse ducem ditatum sorte duelli.
nec mora: praeda venit palmatis puppibus, omnes
occurrunt oculi Danaae de turribus urbis,
moenia femineis replentur cuncta catervis.
captivos visura Phryges Agamemnonis uxor
affuit, adventus metuens inpura mariti.
qua visa cessere loco matresque nurusque:
constitit insipiens ut adultera regia coniux,
publica planctigeris execrans gaudia votis
(anxia sollicito quatiuntur corda pavore),
supplicium expectans scelerum veniente marito,
atque oculos per cuncta iacit mandante timore,
et pallor premit ipse genas fervore recenti,
attamen infelix animo versatur adulter.
ast ubi non vidit descendere puppe tyrannum,
inpunita putans sua crimina posse manere
gaudet et internae mentis secreta fatetur
permixtus candore rubor pallore fugato,
et lasciva reos pulcrescunt gaudia vultus.

---

104 armipotens *A*, rami- *B* **106** equoreos *B*, aethereos *A* **107** proscindit *A*, proscind/s (u *deleta*) *B* **108** Interea *Maehly*, Pręterea *BA* **109** moeceneas *B* replerat *B*, impleuerat *A* **111** omnes *A*, oms (*i.* omnes) *B*, omnis *edd.* **112** danaae *A*, dane *B* **113** replentur *B*, impl- *A* **114** Captiuos *B*, Capturos *A* fri//ges (*erasa* n) *B*, reges (phryges *margo*) *A* **116** uisa cessere loco *A*, uisaccesserelom *B* **117** insipiens *B*, inc- *A* **118** planctigeris *(sic) A*, plantigeneris *B* **121** mandante timore *B*, mandata timori *A* **122** ipse *A*, ipso *radendo corr. in* ipse *B* feruore *BA*, terrore *Schwabe* **125** Inpunita putans B^2A, Inpunitans B^1 **127** ruuor *B*, pudor *A*

credidit aequoreas quod rex sit mersus in undas,
nec vult scire moras, tantum contenta quod absit,
et celeri cupit ire gradu dictura maritum
non reducem moecho; sed spes ibi fallitur audax.
propter eam sors regis erat Cassandra sacerdos,
inter Dardanias clades Danaumque triumphos
non habita indigne, licet esset portio praedae.
ipsa Clytaemestrae sacro correpta furore
longius exclamat: 'salve regina Pelasgum,
ultio Dardanidum, captae solacia Troiae,
tuque triumphalis domitor bone pastor Egiste,
plumea cui praestant post pelles stramina ⟨lectum⟩,
quem post tecta casae regalis suscipit aula:
quid dubitatis adhuc vestros relevare timores?
perdite, ne pereat vestri cito fructus amoris
(tempus adest et fata iubent et culpa perurget):
iam amputet eripiens victricia colla bipennis!
vos licet et similis maneat censura polorum,
sit saltem mora longa reis, dum crescit Orestes.
victima carnificis nati post funera patris
mater eris, tecumque ferox ferietur adulter
Pyladis fodiente manu (mihi credite) cari.

---

129 equoreas . . . . undas *B*, -is . . . . undis *A* rex sit mersus *A*, rexit merus *B* **130** contenta *B*, concepta *A* **131** gradu *A*, -dū *B* **132** moecho sed *A*, moecos sed (d *ex* t) *B* ibi *B*, ubi *A* fallitur *A*, -tir *B* **133** Propter eam *Vollmer*, Preterea *BA* **135** hĩta *A*, auita B^1, hauita B^2 esset *A*, es se *B* **137** regina pelasgum *A*, regna pelagū *B* **138** dardanidum *A*, dardardanedū (e *corr. in* i) *B* solatia *A*, solucia (u *corr. in* a) *B* **139** Tuq; *A*, Tuqui *B* **140** lectum *A*, *om. B* **143** fructus *A*, frutus *B* **144** et fata iubent *A*, efata iubant *B* **145** Iam amputet *Peiper*, Iamputet *B*, Amputat *A* uictricia *A*, uitr- *B*, *cf. v. 21* colla bipennis *A*, collo pupenis *B* **146** licet *A*, liget *corr. in* licet *B* polorum *Rossberg*, pulorū *B*, malorum *A* **147** Sit *BA*, Fit *L. Müller* **148** Victima AB^2, inctima B^1 **150** cari *BA*, Grai *Peiper*, vati *Mähly*

vae miserum furor alter habet: purgandus Orestes.'
dixit et elisam retinent per transtra rudentes.
provida terruerant reginam dicta nefandam:
it pallor super ora redux facinusque parare
disponit sub corde truci, furor urget amoris
sollicitusque timor grassatur mente paventi.
maesta domo quasi laeta redit terrente pavore,
ingrediens thalamos suspiria longa trahebat
corde premens gemitus et gaudia vultibus aptans.
quid rumor, quid fama ferat, quid nuntia portent,
auribus attonitis lascivus quaerit Egistus.
quae sexus armata dolis sub fraude latenti
incipit effari: 'iuvenis, dic, quid sit agendum.
occidimus: redit ille meus post bella maritus
victor et armatus zelo mordente minatus
moribus Argolicis leges inducere castas
tristibus imperiis. alieni criminis ultor
quid faciat pro iure suo? moriemur inulti
et periet iam noster amor: mactabit utrumque
turbidus ante diem, solitus punire nocentes
letifero mucrone ferus. spes nulla salutis
est, nisi vitalem contemnimus ambo salutem.
gloria belligeri feriantur et arma tyranni,
et prior occumbat quam nostros sentiat ignes,
prospera bellorum quem sic fecere superbum
et Priami fortuna nocens, ut sanguinis usu
humani generis vilem putet esse cruorem.
per te casta negor, per te fero damna pudoris

---

151 Vae *Schwabe*, Me *BA* miserum *B*, -ram *A* purgandus *A*, -dis *B* orestes *B*, horestem *A* **152** Dixit *A*, D *B*, *cf. 254. 356* transtra *A*, transta *B* **154** parare *BA*, patrare *L. Müller* **159** aptans *B*, addens *A* **160** nuntia *B*, numina *A* portent *BA*, *vix* portet **161** adtonitis *B*, -tus *A* **164** bella *A*, uela *B* **165** zelo *B*, telo *A* minatus *BA*, -tur *Mai* **173** arma *A*, armara *B* **175** quem *A*, quę *B* **176** usu *Rothmaler*, usti *B*, ulti *A* **178** casta *A*, gasta *B*

nec volo tam multi sceleris reperdere fructum.
an verbis inimica loquens extorqueo? factis!
communis nos casus habet vitaeque necisque,
est nobis commune bonum, commune periclum,
sors pariter nos una manet: iubeoque rogoque
pastorem regina monens; formidine mortis
territa sollicitor miserandi femina sexus,
conveniens tamen hortor opus, dum congrua vitae
impero, ne moriar tecum peritura cruente;
nam mecum miser ipse cades Agamemnone viso,
inpie. funereis nos casibus eripe sollers;
nec labor ullus erit victorem sternere ferro:
semper iners securus agit, qui perculit hostem,
et patet insidiis nullo terrente quietus.
non est quem metuas: brevis est et parvus Orestes,
unaque natarum cinis est per templa Dianae,
altera sexus iners recidens miseranda quid audet?
exulat interea Menelaus alter Atrides.
quidquid agis, inpune geris, scelerisque peracti
sic merces, non poena datur; felicior ibis
atque Agamemnonio regno potieris et aula;
exemplumque recens tibi iam superaddo, Lacaenam
interfectricem tot regum, tot populorum
vivere felicem post funera tanta quiete.
nec metuam Danaos: heredem sterno Thyestis.'

179 multi *A*, -tis *B* reperdere *BA*, dep- *Mai* **181** nos B^2A, *om.* B^1 casus *A*, causa *B* necisq; *A*, nescisq; *B* **182** periclum *A*, per . . lum *(mediae periere) B* **184** mortis *A*, morus *B* **186** tamen hortor *A*, hortor tam̃ *B* **187** Impero ne *A*, Inpsone *B* **188** agamemn̄e *B* uiso *A*, uisu *B*, vivo *Mähly* **189** funereis *A*, -reos *B* **191** *habet florilegium (HDX)* iners *B*, mars *flor.*, inops *A* agit *Rossberg*, erit *A flor.*, egit *B; cf. sat. 127* **193** breuis *A*, brbis B_u **195** recidens *A*, ret- *B*, res- *Schenkl* **196** Exulat *A*, Exolat *B* **198** felicior ibis *A*, felicioribus *B* **199** Atque Agamemnonio *A*, Adquegam- *B* **200** recens *C. G. Müller*, regens *BA* **201** Interfectricem *A*, Interfectur item *B* **203** metuam *A*, -ant *B*

dixerat haec mulier, spes est data maior Egisto.
'tramite, dic, quo' pastor ait 'geminare valebo
hoc tam grande nefas? labor est extinguere regem
atque triumphantem quod plus in principis aula.'
tunc pandens regina viam scelerata profatur:
'bellorum maculis et crasso sanguine vestem
rex ferus imbutus veniet; mutare necesse est
indumenta duci; tunicam dabo vertice clauso.
dum caput indutum cupit exertare tyrannus,
egredere praeventor atrox: violentus Atridis
finde secure caput cervicem colla cerebrum.
ultima res tantum quae restat sola iuvabit.
consilio succumbe meo: haec una medella est,
luctibus illatis avertere funera nostra.
dum moror, adveniet nostri modo criminis ultor.'
haec infausta loquens lacrimis simul ora rigabat.
turbidus in ferrum rapitur flammante timore
(audacem ⟨facit ipse pavor⟩ terrorque protervum)
et movet armatos ictu quatiente lacertos
absentemque ferit pavidus quem non videt hostem.
sic solet anguis hians obsesso fonte venenum
fauce parare necis fatis mortalibus aptum
pectore sublatus lingua vibrando trisulca.
motibus his mulier melius gavisa resumpsit
turpiter infames animos: redit illa voluptas.

---

206 lauor ẽ *B*, laborem *A* **209** crasso *A*, grasso *B* **210** ferus *C. G. Müller*, feris *B*, erit *A* inbutus *Rossberg*, ind- *BA* **212** cupit *B*, uolet *A* exertare *A*, hec serta *B* **213** *om. A* **215** quae *A*, q: *B* **216** subcumbe *BA*, subscribe *Hagen* **217** Luctibus *BA*, Ictibus *Haase* **218** nostri *A*, nr̃is *B* **219** Hec *B*, Non *A* infausta *A*, infauta *B* loquens *B*, rogans *A* **221** Audacẽ terrorq: proterbum *nihil amplius B;* facit ipse pavor *add. Rothmaler*, Audacem faciebat amor: terorq. superbum *A interpolavit ex Ov. met. 4, 96 al.* **223** uidet *B*, uidẹ̀t *A* **226** trisulca *A*, -cat *B* **227** resumpsit *B*, -mit *A*

impete plecti⟨bili per⟩ rustica colla pependit
dulcia lascivis defigens basia labris;
ille vicem redhibens dabat oscula crebra per artus.
dum commune nefas aequali mente fruuntur,
regia puppis adest variis ornata coronis.
plus magis audaces animos de crimine sumunt:
illa rapit tunicam, pastor rapit inde bipennem.
officio stat quisque suo: celatus adulter
intra claustra latet, mulier progressa parumper
morte maritali tunicam subnixa ferebat.
rex rate descendens tacta tellure triumphat:
bellorum maculis rutilabat, sanguine pulcher,
grandis in aspectu, pugnarum horrore decorus;
qualis erat referens caelo post bella gigantum
Iuppiter astriferam stellata fronte coronam
atque coruscales fundebat vertice flammas.
pignora naturae concurrunt dulcia patri;
itur in amplexus et reddunt oscula danti.
lumina volvebat genitor visura iugalem,
pergit et ad thalamos post publica limina portae.
inpia quae reducem fallaci voce salutat:
'belliger armipotens, cultus depone minaces
atque habitus dignare pios vix pacis amator.
en tibi vestis adest nostro contexta labore,
aurea purpureo radiantur fila colore.'

---

229 Impete plectibili per *Rossberg*, Inplete plecti////// *(erasae fere 7 litterae)* *B*, Implentem amplecti per *A* **231** retibens *B*, reddens *A* **233** uariis *A*, -ios *B* **234** Plus *B*, Hinc *A* de crimine *(cf. laud. dei 3, 474; Iuv. 6, 285)* *B*, discrimine *A* sūmunt *A*, suniunt *corr. in* -munt *B* **235** rapit *A*, rupit *B* uipennē *B*, securim *A* **237** Intra *B*, Inter *A* **239** tacta tellure *A*, tracta tellurē *B* **242** referens celo *B*, cęlo referens *A* bella *A*, uela *B* **244** fundebat *B*, fin- *A* **246** danti *Rothmaler*, panti *B*, nati *A* **248** Pergit et *A*, Pertinget *B* post *BA*, per *Baehrens* **249** quae *A*, q; *B*, qua *Baehrens* **251** uix *B*, uir *A*, dux *Peiper* **252** contexta *A*, -esta *B*

dixit et exutum tutanti tegmine regem
callida funereo perfundit corpus amictu.
sed capiti dum quaerit iter tunicaeque fenestram,
illa manum retinens armatum accivit Egistum.
erigit ille trucem dextra vibrante bipennem
et ferit incautum caput inpius impete mortis
ac diademalem frangit cum vertice frontem
in partes hinc inde duas; geminantur et ictus,
terque quaterque ferit, diffundit testa cerebrum.
regina laudante manum rex concidit insons,
saucius et tremulo quatiebat corpore terram;
sic aper implicitus venantum cassibus ingens,
dum cupit exiliens evadere retia torvus,
concutit ora ferox spumantia dentis adunci
et perdit vacuos collisis morsibus ictus:
sic Asiae domitor consumptus fine cruenta:
heu, pastoralis populavit membra securis.
aspera sors hominum vel mens ignara futuri!
credere quis posset, si centum flatibus acta
Delphica fatidicos quateret cortina recessus
antra movens tripodasque ciens et plectra fatigans,
eversorem Asiae foderet quod cultor agelli
aut desertor iners, ovium pecorumque magister,
et caret igne rogi, dederat qui Pergama flammis!
discite felices non unquam credere fatis:

---

254 Dixit *A*, D *B*, *cf. 152* **257** accivit *Rothmaler*, accipit *B*, accepit *A* **258** dextra *B*, -am *A* uib/ante *(erasa una littera) B* **260** frontem *B*, faucem *A* **261** geminantur *A*, sem- *B* **262** testa *Baehrens*, exta *B*, in exta *A* **263** laudante *A*, -ate *B*, plaudente *Hagen* manum *(scil. Egisti, cf. Rom. 5, 67) Haase*, manu *BA* concidit *A*, cond- *B* **264** corpore *A*, -r& *B* **266** exiliens (-iens *in ras. B*) *BA* euadere *A*, euader et *B* **268** morsibus *B*, dentibus *A* **69** cruenta *B*, -to *A* **270** populauit *A*, -bit *B* **273** fatidicos *A*, tidicos *B* **275** Eversorem *Rothmaler*, Desertorẽ *BA* **276** pecorumq: *B*, pecudumq; *A* **278—281** *habet florilegium (HDX;* **279** *om. X)* **278** umquam *BA*, nu- *flor.*

sunt faciles dare summa dei, tamen ante relinquunt
et miseros in fine nocent aut forte repente
destituunt poenasque petunt de sorte secunda.
credere qui non vult, Priameia fata revolvat
atque Agamemnoniam videat male credulus aulam.
clade repentina premitur Pelopeia virgo,
sed tamen ultorem patris servavit Orestem:
faucibus eripiens germanum Electra parentis
imposuit puppi secumque adduxit Athenis
et bene sollicita studiis sapientibus addit
(quae ratis advexit regem, haec pignora regis
spesque Agamemnonias et Troica gaza reportat).
cuius erat nimium fidus Pylades amicus;
iunxerat hos studium sollers et gloria linguae.
velle fuit commune viris et nolle duobus:
exercebat opus iuvenes si forte palaestrae,
pacatum luctamen erat; per lustra ferarum
venandum fuerat: socios venatus habebat;
cornipedem si quisque levem frenabat habenis,
hoc similis faciebat amor; producere telis
si fuerant animi, iuvenis iaciebat uterque;
par bene lusus erat pueris, si calculus es⟨set⟩:

---

279 Sunt faciles *BA*, Felices *flor.* summa *A flor.*, ...ma *B* **280** miseros *B*, -ros *corr. in* -ris *A*, -ris *flor.* in *BA*, sine *flor.* aut *BX*, at *A*, as *HD* forte *A flor.*, fonte *corr. in* forte *B* **281** sorte *flor.*, morte *BA* **285** seruauit horestem *A*, sere abitoresten *B* **286—288** *post* **290** *posuerunt Baehrens et Rossberg* **287** athenis *B*, -nas *A* **288** sollicita *Rothmaler*, -tum *BA* sapientibus *A*, -tis *B* **289** aduexit *A*, abexit *B* haec quoque *A*, heque *B* **290** agamemnias *B* *ante* gaza *erasa una littera in B* **291** erat *A*, erã *B* amicus *B*, amoris *A* **292** *ante* hos *una littera erasa in B* **295** Paccatum *B*, Paccatum *A* ferarum *A*, ferar *B* **297** quisque leuem *BA*, quis celerem *Mähly* **298** Hoc *B*, Hunc *A* **299** iuvenis *Mähly*, iubalenis *B*, iubilans *A* **300** *om. A* bene lusus *Rothmaler*, uene insus *B* si calculus ibat (esset *Mähly*, exit *Rossberg*) *Rothmaler*, sic acullus es *B*

nec vinci est quisquam metuens nec vincere fervens.
sic amat atque fovet germanum Castora Pollux
et paribus votis Pollucem Castor amavit,
mortibus alternis et vitae damna repensant.
vestibus induitur Tyriis homicida et adulter
et poenale caput cingit diadema coruscum.
tamquam legitimus heres Agamemnonis aulae
(et magis heredem convenerat esse Thyestis)
intrat et orbatum per singula quaerit Orestem.
. . . . . .
ast ubi res Danaum defossas sensit Egistus,
Troianas raptaret opes spes una manebat:
has quoque cognovit regis cum pignore raptas.
aestuat inpatiens, quod regni nomen inane
offendit, quia perdit opes, quibus esse tyrannus
posset et armari ferroque auroque valeret.
callida participem sceleris solatur et arte
fraudis et ancipitem confirmat in arte manere:
femineas ostentat opes quas sexus habebat
et diademales, profert quas garrula, capsas,
turpibus inducens pretiosa monilia membris.

---

301 Nec uinci ⟨est *add. Baehrens*⟩ quisquam *A*, ec uinerquicquã B^1, Nec uinecquisquã B^2 feruens *A*, serens *B* **302** atque *A*, aq; *B* castora *A*, pastor a *B* **303** pollucem castor amauit *A*, post lucẽ pastor amabit *B* **304** Mortibus (*corr. ex* Moribus) *A*, Ventibus *B*, Coetibus *Baehrens* **305** *in contextu a* B^1 *omissum in margine inf. add.* B^2 **307** aulae *A*, aulẽ *B* **308** Et *BA*, At *L. Müller* thiestis *A*, tietis *B post* **309** *lacunam statuit Baehrens* **310** defossa *B*, defessas *A* sensit *B*, sentit *A* **312** regis *A*, reges *B* raptas *A*, castas *B*, *iam nolo* captas **313** Estuat *A*, Extuat *B* **314** Offendit *B*, Ostendit *A* **315** auroque *B*, auraq; *A* **316** participem *A*, particẽ *B* et arte *C. G. Müller*, earte *B*, et altę *A*; *an* et artae? **317** ancipitẽ *A*, anticipitẽ *B* arte *BA*, arce *Baehrens* **318** quas *B*, quos *A* **319** quas garrula *Rothmaler*, quas sarrula *B*, quasi scrinia *A* capsas *A*, gapsas *B* **320** monilia *A*, mun- *B*

'his' ait 'Argolicos emimus per regna favores
muneribus proceresque novos veteresque trahemus
in nostram transire fidem; nam principis uxor
cuiuscunque libet, licet extet pulcra pudica,
censibus his ornata nitens placare maritum
aggreditur: praesumpta suae dulcedine linguae,
divitiis armata meis haec dulce venenum
auribus attonitis fundet blandita perite,
mollibus artifices iungens amplexibus artus,
et faciet nobis sublimes sexus amicos.
pulcrius est aurum, sed femina pulcrior auro:
auro foeda placent, auro decorantur honesta,
emollit Cytherea trucem per proelia Martem.
crede mihi, iuvenis, de sexu femina tracto.'
artibus his sollers animos reparavit amantis
et gratis gavisus agit muliebribus ausis:
sordida mens regnare cupit, dux sceptra tenere.
extinctum sub fraude ducem nil tale timentem
coniugis insidiis, ausu pastoris iniqui —
haec tacito sub corde premunt de principe cives;
murmure sollicito flentes haec dicta loquuntur:

---

321 favores *C. G. Müller,* pauores *B A* **322** trahemus *A,* tręm^{v}//s (*erasa* o) *B* **324** libet *B A,* libens *L. Müller* extet *A,* exte *B* pulcra *B A,* pura *Baehrens* **327** Diuitiis *A,* -tias *B* armata *B A,* ornata *C. G. Müller* haec *Vollmer,* et *B A,* en *Schenkl* **331** *et* **332** *habet florilegium (L H D X)* **331** Pulcrius est aurum *B A,* Est aurum pulcrum *flor.* **332** deco-$\overset{n}{\text{ratur}}$ *B,* -antur *A* **333** cythara (cytherea *margo*) trucem *A,* citereatricẽ *B* **334** femina *A,* -nea *B* **335** reparauit *A,* repabit *B* **336** agit *A, item B, sed* -gi- *in rasura a* B^1 muliebribus *B,* -eribus *A* **337** Sordida — cupit *habet florilegium (H X).* **338** timentem *A,* -te *B* **339** Coniugis *A,* Coniugiis *B* **340** Haec *Vollmer,* ÀEt *B,* Sed *A; servato* Et *lacunam statuit C. G. Müller, versum supplevit* (maerent, sed gemitus non fundere vocibus audent) *Rossberg* **341** loquuntur *A,* -antur *B*

'inpia sic Lachesis Parcarum lege bipennis
censuerat regem tam turpi morte perire?
atque utinam iuvenem per bella feriret Amazo
Penthesilea fremens, quam vix evasit Atrides,
et non infami prostratus morte periret
crimine cum gentis, Danaum cum clade suorum,
nec pede tractus humo iacuisset ab arce remotus,
cuius honore carens tumulatur nocte cadaver.'
dic mihi, Musa, precor: qua re materna noverca
quaerere neglexit pueros et tradere captos
patris in occasus? Dorylas libertus Atridis
et pueri nutritor erat fugientis Orestis.
consilium mendax sollerti pectore sumpsit
fingere, quod pelagus rabidum demersit Atridas
fluctibus aequoreis. qui stans in litore dixit:
'di maris et terrae, pietas et origo polorum,
naturae caelestis amor, mendacibus ausis
vos, precor, annuite ⟨et⟩ fallacia vota iuvate:
credar et advertar mendax adsertor Orestis.
tollere nam insontes cupio de sorte paterna,

---

342 si (sic *Haase*) lachesis *A*, sillacessis *B* bipennis (uip- *B*) *BA*, -nni *Haase* **343** Censuerat *A*, Censuuera *B* perire *A*, -r& *B* **344** Adque utinã miualenẽ (iuvenem *Rothmaler*) per uella periret (fer- *Mähly*) amazo *B*, Illum bellatrix utinam strauisset amazon *A* **345** quam vix *Haase*, quauis *B*, qua uix *A* atrides *BA*, Achilles *Mähly, at cf. Dares 36* **346** infami *B*, infanda *A* periret *B*, perisset *A* **347** clade *A*, clamide *B* **348** Nec *(an* Aut*?)* pede tractus *Rothmaler*, Et perdetractus *B*, Et detractus *A* **349** carens *A*, cadens *B* **350** qua re *C. G. Müller*, quã spe *B*, qua spe *A* **352** occasus *B*, ocasu *A* dorilas *A*, dodilas *B* atridis *B*, -dae *A* **355** Fingere *A*, Finge *B* rauidus *B*, rapidum *A* demersit atridas *A*, demserit atridis *B* **356** dixit *A*, ð *B*, *cf. ad v. 152* **357** Dii *BA* polorum *Rothmaler (cf. v. 146)*, populorum *B*, bonorum *A* **359** annuite et *Haase*, annuite *A*, annũ *B* **360** aduertar *B*, auertar *A* horestis *A*, honestis *B*, honestus *Hagen; sed accipe 'dummodo asseruerim, liberaverim Orestem'* **361** insontes *A*, insortes *B*

quam mater pl⟨ect⟩enda parat vel vitricus hostis.'
dixit et undivagis vestitus fluctibus intrat
et mare caeruleo tumide spumantibus undis
mersus ad usque caput; tunc litora sicca petivit.
turbidus et plangens funestam currit ad urbem
et querula sic voce boat: 'pro Iuppiter, hostis
sic placet ulcisci Troes et perdere Graios?
pro Phrygibus pelagus saevit, mare vindice Troiae.
quod pueri gessere nefas? quid mollior aetas
gessit in Iliacos bellorum tempore campos,
ne fuga sit miseris optata per aequora vectis?
vidi ego mergentes fluctu sorbente carinam,
in qua vectus eram comes et nutritor Atridum,
de qua solus inops evasi remige planta.
iusta Clytaemestre, mitis crudelis Egistus:
saevior unda maris, quae nec post bella pepercit
pignoribus Danaum! felix iam Troia vocanda!'
diceret haec cum voce pia, raptatus ad aulam
muneribus cumulatur opum, quod gaudia ferret
mentibus incestis. nam mox regina proterva
imperat acciri populos, venere coacti.
aedibus in mediis quae sic est orsa profari:

---

362 plectenda *Mähly*, plenda *B*, nō flenda *A* uitricus *A*, biticus *B* **363** *recte A*, D et tundiuagis *B* **364** *om. A* Et *B*, In *Mähly* caeruleo *Rothmaler*, -eum *B* **365** littora *A*, -re *B* petiuit *A*, petębit *B* **366** *om. A* et *Vollmer*, hec *B*, hinc *Barwinsky* adirbem *B* **367** uoat *B*, uocat *A* hostis *B et margo in A*, ẽstis *A in contextu* **368** et *BA*, vel *Peiper* **369** pelagus seuit *B*, saeuit p. *A* **370** pueri *B*, *om. in lacuna trium litterarum A* **371** iliacos *B*, iliacis *A* campos *B*, -is *A* **372** Ne *Rothmaler*, Nec *BA* **373** Vidi *A*, u uidi B^1, Dū uidi B^2 mergentes *BA*, -tem *C. G. Müller* carinā *B*, -nāſ *A* **374** comes et nutritor B^2A, com////&or B^1 atridū *B*, -das *A* **376** clitemestra mitis *A*, clitemmes atremitis B^1, clitemestra remitis B^2 **377** bella *C. G. Müller*, uela *BA* **381** incestis *BA*, incertis *Peiper* **382** acciri *A*, .. citu *B* **383** est orsa *Peiper*, extorsa *B*, exorsa *A* profari *B*, profatur *A*

'eximii proceres Danaum populique pusilli,
quos Agamemnonii per ferrea lustra triumphi
non mersere neci, sed adhuc superatis inanes
visceribus vacuis, exhausti sanguine fuso:
quod vos sic minuit saevis Bellona duellis,
regis culpa fuit, qui exhausit civibus urbem,
conisus viduare nurus, orbare parentes
et natos spoliare rudes pietate paterna.
inde ferox percussus obit sub morte securis
⟨at⟩que sua proles iacuit modo vindice fluctu.
spondeo iam requiem, placidam sperate quietem:
otia pacis erunt, nullum nocturna cubantem
classica sollicitent, nullas tuba verberet aures:
temporibus licitis blandos recerpite somnos.
aspera tela vacant: curventur falcibus enses,
ossibus et nervis deflexos cornibus arcus
ad solas aptate feras celeresque volucres.
deliciis epulisque bonis refovete senectam,
pignora natorum dulces nutrite nepotes.
unica mors restat morbis finire salutem:
tramite naturae finem labentibus annis
iam sperare licet et praeter vulnera ferri
corporis exitium; fas est sperare sepulchra

---

385 agamemnonii perferrea *A*, agamẽmonin pferre *B* **386** neci *A*, necis *B* superatis *A*, supertis *B*, superestis *Haase* **388** uos sic minuit *B*, sic minuīt uos *A* duellis *A*, *item B, sed* i *in ras. (ex* o*?)* **389** qui *A*, quę *B* ciuibus B^2A, cibus B^1 **390** Conisus *Rothmaler*, To nisus *B*, Tot nixus *A* **391** rudes *A*, ciues *B* **393** Atque sua *L. Müller*, Que sua *B*, Quo sua cum *A* proles *sic BA* fluctu *A*, -um *B* **395** cubantem *A*, -te *B* **396** sollicitent *A*, -ant *B* nullas tuba uerberet *A*, nulla stipulauerat *B* **397** recerpite *B*, dec- *A*, praec- *Peiper* **398** uacant *B*, -ent *A* enses *A*, -ens *B* **399** deflexos *B*, -xis *A* **400** aptate *B*, agitate *A* celeresq. *A*, scelerisq; *B* **403** finire *A*, *item B, sed* i *altera in ras.* salutem *B*, senectam *A* **405** et *BA*, uel *L. Müller*

ordine legitimo; flammas sperate rogales,
et tumulum sibi quisque paret post busta perennem.
germinis ille sui crudelis et impius hostis
rex Agamemnon erat, patriae dominator amarus:
civis Egistus erit me profitente maritum.'
dixerat et cunctos discedere iussit ab aula
ac domibus remeare suis. sed vilis adulter
nescius atque rudis regnorum frena tenere
ipse sibi genium fastu facit: ore minaci
asper erat famulis regalibus, advena servis;
imperium non mite dabat quibus ipse profecto
si famularetur, crimen sibi turpe putarent.
sceptra triumphorum data sub pastore tyranno
pro pretio scelerum, mercedem sanguinis ostrum,
matronale nefas, uxorem dedecus aulae
quis, rogo, non gemeret? tamen hos formido iubebat
infami parere novo: timuere bubulcum
acrius, Hectoreos qui non timuere furores.
ius Agamemnonium fuerat; post Pergama capta
verbero plectibilis comes armipotentis Achillis.
dum regnaret iners, Parcarum crimina, pastor
et simul illiciti sese fruerentur amores
annorum septem spatiis et mensibus octo,
ibat alumna manus tumulis regalibus omnis
noctibus in mediis flens per haec tempora regem,

407 Ordine *A*, O//rdine (*erasa* o) *B* sperate *(sic) A*, -re *B* **409** hostis *B*, heres *A* **410** pñae *A*, patri *B* **411** Ciuis *B*, Cuius *A* profitente *B*, proficiente *A* **412** discedere *B*, descendere *A* **415** Ipse *B*, Ipsa *A* **416** aduena seruis B^2A, aduenas erbis B^1 **417** Imperium *A*, -ri/ū *B* **418** sibi *A*, siue *B* turpe *B*, uile *A* **420** mercedem *Rothmaler*, -de *BA* ostrum *B*, hostem *A* **423** novo *Vollmer*, uono B^1, bono B^2A bubulcum *A*, sub- *B* **426** acillis *B*, -i *A*, Atridis *Baehrens* *v.* **427**—**452** *post* **540** *posuit Vollmer; coniecturam comprobavit ordo v.* **539** *in florilegio* **453** iners *A*, inher& *B* crimina *BA*, -ne *C. G. Müller* **454** illiciti sese *A*, inlicitis e͂e *B* **457** flens *A*, fluens *B* per hec tempora regem *B*, tempora pdita regum *A*

anxia quae gemitum tremulis ululatibus usa
temperie moderante premit terrente pavore.
tunc ibi libertus sollers nutritor Orestis
evomit in gemitus voces et verba doloris:
'optime rex quondam, sed nunc miserabilis umbra,
prosperitas cui saeva fuit, victoria crimen
intulit et mortem peperit post bella triumphus,
cuius adoratus constat per templa precantis
iratos audisse deos, placata negabant
numina proventus: Danaos si vincere rectum ⟨est⟩,
si gremio Paridis remanens est rapta Lacaena
(nonne laborastis, Helenam ne pastor haberet?
ecce, tuam nunc pastor habet!), si transitus est mors,
si sensus post fata manent, post membra solutae
si remanent animae, si stat post fata superstes
spiritus, exaudi lacrimas fletusque tuorum!
rumpe solum, findatur humus telluris hiatus,
nixus et armatus subito furialibus umbris
surge, velut quondam tumulo surrexit Achilles:
exige supplicium de coniuge, solvat adulter
tot poenas quot membra gerit. morieris inultus,
et pastor tua regna tenet? post busta severe
exegit mortem de virgine Thessalus heros
moribus innocuis: tu dux inpune relinques

---

458 quę *A*, q; *B* gemitum *Rothmaler*, gemitū et *B*, gemitu et *A* **459** premit *Rothmaler*, tremit *BA* pauore *A*, -rem *B* **463** crimen *BA*, cladem *Baehrens* **464** bella *A*, uela *B* triumphus *A*, -is *B* **465** precantis *B*, presantis *B* **467** rectum est *A*, tecta *B* **468** paridis *A*, paiudis *B* remanens est rapta *Peiper*, remanes et rapta *B*, remanēs erepta *A* **469** laborastis *A*, -atis *B* pastor *A*, pastorali *B* **471** sensus *A*, census *B* solutae *Barwinsky*, soluta *A*, salutem *B* **473** fletusq. *A*, fluctusq; *B*, luctusque *C. G. Müller* **474** hiatus *Vollmer (cf. laud. dei 1, 158 al. Mon. Germ. ind. p. 432 B)*, iatur *B*, hiatu *A* **475** furialibus *A*, fural- *B* **476** achilles *A*, acillis *B* **478** quot *A*, qđ *B* **480** eros *B*, heres *A* **481** relinques *A*, -ens *B*

tot scelerum auctores victricia regna tenere?
di, regitis quicunque chaos crudele barathri,
rumpite tartareas proscisso gutture fauces,
mittite virgineas funesta in tecta cerastas!
ne dubitate: truces venient ad regna Thyestis,
notum iter invenient, sua per vestigia current
(non estis Furiae, si quaeritis ante rogari
ad quodcunque nefas, si non et sponte nocetis).
sed dubito quia iusta peto, tamen oro cruen⟨ta⟩.
spes mihi maior adest: Thebis vicina petuntur
moenia tartareis quondam sacrata tenebris
et claro privata die sub luce diurna.
ergo precor, cum iusta truces sententia mortis
participes scelerum percusserit ense severo,
vos Acheronteis tortoribus addite flammas
et Furiis augete malum mortale venenum,
torqueat auctores scelerum crudelis Enyo:
non sat erunt quaecunque reis tormenta paratis.'
dixit; et ex imo gemuit vox missa sepulchro:
'parcite funesto mentem vexare dolore
meque piis onerare malis (relevare sepulchrum
debuerat famularis amor), quem pessima coniunx
criminibus succensa suis et amore pudendo

---

482 auctores *B*, act- *A* tenere *A*, -ret *B*, *an* -rent*? cf. ind. p. 436 A* **483** Dii *BA* regitis *Mähly*, geritis *BA* **484** Rumpite B^2A, upite B^1 prosciso *B*, prociso *A* gutture *BA*, gurgite *Baehrens* **485** uirgineas *BA*, vipereas *C. G. Müller* **486** dubitate B^2A, duuitatet B^1 truces *BA*, -cis *Peiper* thiestis *(sic) A*, testis *B* **488** furiae *A*, fu//rię *(erasa* e, *ut vid.) B* **489** et *Peiper*, licet *B*, nisi *A*, vel *Rossberg* nocetis *Baehrens (cf. 10, 457)*, potestis *B*, uenitis *A* **490** tamen *B*, tū *A* oro *B*, ore *A* cruenta *A*, cruen *B* **491** petuntur *BA*, -antur *Peiper* **495** ense *A*, tense *B* **497** furiis B^2A, furis B^1 **498** auctores *B*, act- *A* crudelis enio *A*, crudeli senio *B*, cr. Erictho *ex 5, 130 Rossberg* **499** erunt *A*, erū *B* paratis *A*, -entis *B* **500** gemuit (n *del.* B^2) *B*, gemitu *A* **501** dolore *B*, labore *corr. in* dolore *A*

vel fama prostante sua muliebribus armis
extinxit, cui victor eram regressus ab hoste
praedo decennalis fraternique ultor amoris,
ultor adulterii, quem fudit adultera coniunx
nec timuit foedare domum, maculare penates
impete mortifero subita cum fraude profana.
nam nec inultus ero, veniet his poena cruenta.
sed ne plura loquar, verum est Cassandra locuta:
credite Cassandrae, verax Cassandra sacerdos.'
dixit, et abscedunt omnes linquendo sepulchrum.
illa nocte tamen volitans Agamemnonis umbra
venit Athenaeis mox sedibus (altus Orestes
illic quippe fuit, cum quo Pylades amicus:
flatibus alternis perflans commercia somni
lassus uterque fuit, concussus amore palaestrae)
et stetit ante toros ambobus visus Atrides
in somnis, non qualis erat post bella triumphans,
sed qualis cecidit percussa fronte bipenni;
tristis iners tremulus, gemitu suspiria rumpens;
pallida puniceo perfuderat ora cruore
et tremulas languore manus; cervice vacanti
ac pede vincla trahens quibus est abstractus ab aula,
'non pudet, o iuvenes', dixit, 'pubentibus annis
vestitos sub flore genas lanugine crispa,
grandibus instructos studiis et fortibus armis,

---

505 prostante *Mähly*, prostrante *BA* **507** Praedo *Rossberg*, Credo *BA* **508** adulterii *A*, -ri *B* adultera *A*, -ter *B* **509** maculare penates *A*, macula repente *B* **510** cū *A*, tunc *B* **511** *om. A* **512** loquar *A*, -or *corr. in* -ar *B* **514** abscedunt *B*, abse- *A* linquendo *A*, liq- *B* **516** altus *B*, alter *A* **518** comertia *A*, conmerca *B* **520** ambobus *A*, ambibus *B* **521** bella *A*, uela *B* **523** tremulus *BA*, -lo *Peiper* **524** Pallida *A*, Pallea *B* perfuderat B^2A, -fund- B^1 **526.** **525** *ordinat A* **525** uacanti *Vollmer*, uaganti *BA* **526** abstractus *A*, abstactus *B* **527** pubentibus *A*, pud- *B* **528** Vestitos *Rothmaler*, -ta *BA* genas *B*, gena *A* **529** Grandibus *A*, Grad- *B*

ut pastor mea regna notet promotus in arce
sanguinea mercede, cluat sub crimine multo
laetus et indomitus, tumida cervice supinus,
plaudat et infamis vos iam (non fama?) perisse?
sic peto Cecropidas vindictam sospite nato,
incolumi Pylade suo? Patroclus Achillem,
Thesea Pirithous non sic expertus amavit.
armati gladios in bella domestica ferte
atque adfine nefas cognato abscindite ferro:
nullum crimen erit matrem punisse nocentem;
morte maritali sceleratam iure necabis.
†possedit regnum Tamyris regina Getarum,
sed nil turpe gerens vindex fuit illa suorum;
si fecit Medea nefas, flammata dolore
dulcis amoris erat, cum regia tecta cremabat
incolumi viduata viro de paelice Glauce;
inpia Lemniades sumpserunt arma puellae
atque maritali foedarunt sanguine lectos,
sed Veneris furor acer erat facinusque nefandum.
quod Scythicae gessere nurus; in crimine tanto
barbara turba fuit. nam tu, regina Pelasgum,
Graecia quam genuit legum fecunda creatrix,
clara Mycenaei coniunx et vindicis uxor

---

530 arce *BA*, -em *Rothmaler* **531** cluat *B*, luat *A* **533** Plaudat *9* (= et) *sic A*, Plaudeat *B* non *BA*, nam *Baehrens* pisse *A*, perissem *B* **534** Sic peto *Vollmer*, Si peto *B*, Spero *A* cecropidas *A*, cicr- *B* **535** achillem *A*, acillen *B* **536** Thesea *A*, Tesera *B* piritous *B*, perithous *A* amauit *A*, -bit *B* **537** gladios *B*, -io *A* **538** cognato *B*, -oto *A* abscindite *L. Müller*, ascendite *BA* **539** *habet florilegium (LHDX) atque eum ante v. 452* punisse *BALL*, -ire *DHX* **427** Possedit *BA corruptum;* Praecidit *Vollmer*, Occidit *Mähly* regnum *(i. regem) BA*, regem *Mähly* **429** Si *B*, Sic *A* **430** cremabat *B*, -aret *A* **433** lectos *B*, -us *A* **435** Q uosquitice *B*, Quid scythicae *A* **436** tu *A*, tū *B* pelasgum *A*, -scum *B* **437** fecunda *B*, sec- *A; an* fac-*?* creatrix *A*, cea- *B*

crimen adulterii geminasti caede mariti.
Alcestis meminisse fuit, quae morte maritum
manibus eripuit, pia coniugis, inpia de se.
quid loquar Euadnen Thebanis ignibus ustam
et post fata viro flamma crepitante sodalem,
inpia cum pietas, affectus dulcis amaram
iussit habere necem, quae contra vulnera luctus
fortior igne fuit, crudelibus usa medellis,
et simul ad manes in pulvere coniugis ivit?
pertulit urna duos, funus quos iunxit, amantes.
conubium felix! exemplum grande pudoris!
inpia sacrilego nupsit post fata marito:
pronuba flamma fuit, thalami rogus et pyra lectus.
quid sit honestus amor, multae docuere puellae.
natus amore pio flammatus morte paterna
vindicet ut patrem qui matrem straverit ictam,
crimina purgabit matris de tempore prisco;
nam patrem docet esse suum quem vindicat armis,
dignus adulterii vindex, pius ultor et heres.
noster amor Danais, sunt odia saeva duorum.
ite pares animis: vobiscum vernula turba
sentiet; irati potius quod tardius istis,
ore fremunt famuli, qui carpere dentibus optant

---

439 adulterii *A*, -ri *B* geminasti *A*, sem- *B* **442** euadnen *A*, euuaden *B* **443** viro *Rothmaler*, uiror *B*, uiri *A* crepitante *A*, -dante *B* sodalem *Rothmaler*, redalem *B*, nealcen *A* **444** cum *BA*, quam *C. G. Müller* amaram *A*, -ra *B* **445** habere *BA*, avere *Rossberg* quę *A*, q; *B* **446** Fortior *A*, Fortiortior *B* usa *A*, a *B* **447** iuit *A*, ibit *B* **449** Conubium *L. Müller*, Conuium (ui *supra* n B^2) *B*, Coniugium *A* **452** *habet florilegium (HDX) post v. 539* docuere *BA*, didicere *flor.* **541** paterna *A*, -ne *B* **542** qui *B*, *om. A* **544** *habet florilegium (LHDX)* Nam *BA*, Hic *LDX*, Hunc *H* docet *BA flor.*, decet *H* suum *A flor.*, sicũ *B* quem *BA flor.*, qui *L* **545** et *A*, est *B* **546** danais *B*, -aum *A* odia *BA*, taedia *Peiper* duorum *Peiper*, deorum *BA*, reorum *Rossberg* **548** Sentient *B*, Saeuiet *A* quod *B*, quo *A* istis *B*, itis *A*

corpus Egisteum vel vivum, tradere flammis
coniugis infandae crudelia membra cremanda.'
dixerat haec, gemitus somni rupere quietem.
mox Agamemnonia proles instructa sodali
dum narrare parat sua somnia noscit ab ipso
ac stupet attonitus, quae tanta potentia patris
tempore sidereo mentes monuisse duorum.
'dic mihi, frater', ait, 'dic iam modo, quid sit agendum.
pectora cor sensus animum praecordia mentem
conturbat pietas dolor anxia maeror origo
affectus natura pudor reverentia fama.
transigo funereum materna in viscera ferrum?
quae †perpenda diu bis quino mense †pericia
conceptus portare meos stimulante dolore,
semina naturae, blandae primordia vitae,
viscera lucis iter vel magni ianua mundi.
ast ubi sortitus nascendi iura peregi,
flumine pectoreo dedit ubera lactea labris,
dulcia nectareum fundentia mella saporem:
fit nutrix quae mater erat, regina ministra,
exhibet affectus patrios ignara soporis.
haec pater, haec mihi mater erat pugnante parente,
donec ab undecimis me aetas eximeret annis.
inmemor existam tantorum in matre bonorum?
an pater extinctus per me remanebit inultus?

---

551 infande *B*, infraude *A* cremanda *A*, oremanca *B* **554** ipso *B*, illo *A* **555** Ac *B*, At *A* attonitus *q (i. quod) A*, adtonib : q : *B* potẽtia *A*, potenta *B* **559** anxia *BA*, angor *Mähly* **562** perpenda *B*, perpendo *A*, perpessa *Baehrens* perpendo diu *parentheton voluit esse Bücheler* bis *L. Müller*, uie *B*, uix *A* quino *B*, primo *A* pericia *B*, periclo *A*, peracto *L. Müller*, peregit *Bücheler* *opinor quale* quae fera pensavit b. q. m. pericla **563** portare *B*, -asse *A* stimulante *A*, stum- *B* **567** pectoreo *B*, perpetuo *A* **568** nectareum *corr. in* -rei *A*, neciareum *B* saporem *B*, -ris *A* **569** quę *A*, q: *B* **571** parente *A*, -tẽ *B* **572** mea etas eximeret *B*, aetas me duceret *A* **573** bonorum *A*, uonor *B*

facta luat pastor solusque superstite matre
corruat, et patrios manes satiabo cruore.
poena sit haec matri, ut prostrato vivat Egisto,
ante oculos recidente suos; muliercula tristis
aspiciat moechum, quae garrula vidit Atriden.'
dixerat haec dubius, sed non cunctator amicus
dentibus infrendens suspiria traxit ab imo
pectore longa ferox et sic aggressus Orestem
increpitat: 'sic sensus iners tua corda tepescit,
ut facienda putes quae nec dicenda fuissent?
dicere grande nefas, scelus est audire nefandum:
imus ad Argolicas veniam donare Mycenas?
criminibus matris magis est quae dignior †ora:
a scelus indignum: poenis ferienda duorum.
quaeso cave, iuvenis, Danaum praescripta dolentum,
ne, iugulatricem patris dum vivere censes,
credaris non esse suus. non iure parentis
umbra, soporatum quae te convenit Athenis,
occurret per mille vias? per limina portae
obsidet et tremulis haec vocibus astra lacessens
invehitur: "sic, nate, paras defendere patrem,
sic decet extincti genitoris fata dolere,
sic dabis inferias nostris tu manibus ultor?
vitricus optabit tali se morte perire,
ut sit quae post membra rei crudelibus umbris

---

575 q: *B, om. A* matre *A,* matrem *B* **576** saciabo *A,* -bor *B* **579** moechum *A,* mecũ *B* que garrula *B,* qui gaudens *A* **580** dubius *A,* diuius *B* cunctator *B,* -tur *A* **582** aggressus *A,* -os *B* **583** sic *B,* si *A* **585** est *B, om. A* audi bene fandum *B,* audiri nefandum *A* **587** magis est quę *A,* mageitq: *B* ora *B,* hora *A,* horum *Haase,* Orco *Baehrens* **588** A *B,* Ad *A* **590** uiuere *A,* uidere *B* **592** soporatum *Mähly,* -rat *B,* -rati *A* **594** Obsidet et *Rothmaler,* Obsidete *B,* Obsidet *A* lacessens *(ex* -scens *corr.) A,* -ent *B* **595** Invehitur *Rothmaler,* Inuenitur *B,* Immeritum *A* **596** genitoris fata dolere *B,* fata genitoris adempti *A* **598** Vitricus *A,* Victr- *B*

ingerat inferias animam parcentis Orestis:
victima servaris, fuerit nisi victima mater."
quid facias genitore tuo tibi maesta loquente?
parcitur infaustis: pius an pietate repulsa —
ad tumulum patris fundantur membra reorum!
surge iuventutis melior spes indole regni,
excitet ingenium virtus et gloria mentem,
armentur pietate manus, crudelior ensis
truncet in extremo gemitu fera colla duorum.
ibo libens comes ipse tuus per tela, per ignes
nec metuam quemquam, vestri sunt patris alumni.
sed dabo consilium sollers inmune salubre:
explorator eam; tacita quos voce monebo
adventus sperare tuos. quae turba minis⟨tra⟩
credula dum fuerit, nobis mox corde favebunt
ac pro te rapiant gladios: sic tutius itur.'
talibus adloquiis accensus felle doloris
erigitur iuvenale fremens, mortale minatus,
(dentibus illisis frangebat murmura morsus)
et, quasi adulterium caperet pastoris Egisti
matris in amplexus infamia membra ligare,
percutit absentes nullo moriente reorum:
qualiter infremuit post somnia Pyrrhus Achillis,
quae sensus monuere suos cum nocte sopora

---

601 seruaris *A*, set uaris *B* **602** loquente *A*, -tẽ *B* **603** an *B*, est *A*, es *C. G. Müller* **604** fundantur *A*, -dentur *B* **608** gemitu fera colla *Rothmaler*, gemitus feracula *B*, semifera colla *A* **609** Ibo libens B^2A, Idbolidbens B^1 **610** Nec *A*, Hanec *B*, Haut *Rothmaler* ũñi *B*, ũñi *A* **611** inmune *Bücheler et Leo*, inmane *BA* **612** tacita *A*, -tã *B* **613** ministra *A*, minis *B* **614** favebunt *Rothmaler*, fruerunt *B*, ferent˜ *A* **615** rapiant *Vollmer*, -unt *B*, -ent *A* tutius *C. G. Müller*, totius *B*, ocius *A* **616** alloquiis *A*, adloquis *B* **617** iuuenale *B*, -ile *A* mortale *Baehrens*, morte *B*, mortêq; *A* **618** inlisis *Mähly*, inlesis (ill- *A*) *BA* frangebat *BA*, -ant *Giarratano* murmura *B*, -re *A* **620** ligare *Vollmer*, -ret *BA* **621** reorum *A*, eorum *B* **623** cum *BA*, sub *Rossberg*

Aeacide stimulante truci, cum posceret heros
virginis inferias in Pergama saevior umbra.
ergo ubi consilium placuit Pyladis Oresti,
mentibus armantur, solis mucronibus usi.
callibus occultis, qua semita ducit euntes,
ibant obscuri quaerentes ausa latere,
donec in infames iugulos vindicta veniret.
sic Diomedeos gressus comitatus Vlixes
Dardana nocturnus peteret cum castra viator,
sollicitum carpebat iter, (non indice cornu
classica bellisonis quatiunt clangoribus auras,
sed pede suspenso tacitus sine flatibus oris
ibat ab Argolicis progressus puppibus audax
fortior Oenides, sollers Laertius heros):
sic et Athenaei iuvenes petiere Mycenas.
qui dum iter inceptum peragunt, nutritor Orestis
apparet Dorylas subito trepidantibus illis:
'unde venitis', ait, 'iuvenes, quive estis, amici,
quove tenetis iter?' qui nullis vocibus usi
dum transire parant, Dorylas cognovit Orestem,
cuius in amplexum per dulcia colla ruebat
'vivis alumne?' sonans 'quia vivis, vivimus omnes.
cessimus insidiis, dum luxuriatur adulter:
deliciis fruitur polluta matre potitus,
templa triumphorum, regalia tecta potentum,
et delubra ducum vel pulvinaria regum
crimine prostituens gaudet fecisse lupanar.

---

624 cum posceret *B*, deposceret *A* **625** inferias *A*, -ria *B* **626** Ergo *B*, Sic *A* **627** Mentibus *BA*, *an* Protinus? **629** ausa *A*, causa *B* **634** quatiunt *Rothmaler*, -ens *BA* **635** Sed *C. G. Müller*, Si *B*, Sic *A* **637** oenides *A*, inides *B* **638** Sic et Athenaei iuvenes *Rothmaler*, Sicaetatene iuuenes *B*, Sic tacite iuuenes ambo *A* **639** inceptum *A*, coeptum *B* **640** dorilas subito *A*, doloiras sibi *B*, D. sibi iam *Giarratano* **644** amplexum *A*, -xu *B* **645** Viuis *B*, Viuuſ *A* **649** ducum *B*, deum *A*

nos tamen ad tumulum magni genitoris euntes
plangimus assidue; cuius promissa tenemus,
quamvis Cassandrae fuerint responsa priora,
quod superest cito poena reis. properate, sodales
indole Cecropia: vobis divina favebunt;
regia familia scelus hoc punire precantur.
ne dubitate, viri, vestras accendere mentes
et capulis armare manus, astringere ferrum:
hunc stimulet pietatis amor, te foedus amici,
hinc dolor exurgat, hinc famae pulchra cupido.
nec labor ullus erit mulierem sternere turpem;
rustica praeterea quae sit mora frangere membra?'
dixerat haec senior. spes haec accendit amicos
accelerare gradus: prope iam non esse Mycenas
quisque dolent iuvenes; sed 'pergimus' inquit Orestes,
'acceleramus iter' subicit Pylades et inquit
'ito prior, senior; nos festinare necesse est
audiat haec servilis amor secretus in aurem
et subito speret nos quarta luce venire.'
dixit; et abscedens senior praecessit ad urbem:
gaudia dant gressus celeres, quos denegat aetas.
iamque iter emensum: fessus pervenit ad arces,
indicat occulte paucis, quia vivit Orestes
et venturus erit vindex sub luce futura
sanguinis auctoris, monitis urgentibus omnes,
ut taceant furtimque ferant cuicunque ministro.

---

653 fuerint *A*, -rit *B* **655** cecropia *B*, cicr- *A* fauebunt *B*, -bant *A* **656** Regia familia *B*, Regales famuli *A* **658** astringere *B*, et stringere *A* **661** *bis habent exempla Vaticana Keilii (v. 63 et 178)* Nec labor ullus erit *BA et ex. Vat. 178*, Nec multus labor est *ex. Vat. 63* **663** hęc *BA*, hinc *Baehrens* amicos *A*, -cus *B* **664** *et* **665** *om. A* **665** Quisque dolent iuvenes *Rothmaler*, Quidq: dolenti ualenes *B* **666** Adceleramus *B*, -emus *A* subicit *B*, subiecit *A* **671** *habet florilegium (LHDX)* dant *AHDX*, dent *B*, dat *L* celeres (-ris *B*) *BAHD*, sceleres *LX* **672** ad arces *B*, uterq; *A* **676** cuicūq; *B*, circūq; *A*

cunctis nosse licet, solis hoc scire negatur
complicibus scelerum, ne se subducere possent
aut armis conferre manum, defendere vitam.
adventum ad domini retinet pars vernula portas,
altera pars aedes, pars obsidet altera muros.
reddidit interea rutilum post astra refundens
depositum natura diem stridentibus undis;
sol micat et melior compensat damna Thyestis.
viderat Atrides muros, quos liquerat infans,
sed memor illorum dextram cum voce tetendit:
'salve, prisca domus, patriae salvete Mycenae,
execranda prius, sed post veneranda manebis:
sanguine sic matris cineres satiabo paternos.
sentiet umbra potens ultam se vindice nato,
quando . . . . . percussam vulneris ictu
viderit uxorem velut auguris Amphiarai.'
dixerat et trepidus muros circum inspicit hospes;
qua meminit, carpebat iter comitatus amico.
postquam introgressus, cognoscit turba ministra
os Agamemnonium, gressus oculosque manusque
et planctu gaudente fremunt sine vocibus oris.
'iam portae claudantur', ait Pylades Oresti.
claustra ligant aditus, crepuerunt classica Mortis.

---

677 scire *A*, nescire *B* **678** possent *B*, -int *A* **679** Aut B^2A, t B^1 **680** ad *B*, *om. A* retinet pars *B*, pars ret. pars *A* portas *Rothmaler*, -us *BA* **682** rutilum *A*, rust- *B* **684** micat *A*, migans B^1, micans B^2 **685** atrides *A*, ari- *B* liquerat *A*, linq- *B* **686** S; *B*, & *A* dextram *A*, -um *B* **687** saluete *A*, salue *B* **689** sic *Vollmer*, si *BA* **691** Quando erifile (-philem *A*) *BA*, Quando Eriphylaei *Bücheler, quod nunc ob v. 692 minus placet; rectius opinor nomen ut glossam voci* uxorem *superscriptam eiecit Mähly;* Clytaemestram *idem, an* meretricem *(v. v. 842)?* **692** auguris Amphiarai *A*, aguriis anfiarat *B* **693** circum inspicit *B*, circumspicit *A* ospes *B*, hostes *A* **695** introgressus *Vollmer*, -ssu *B*, -ssum *A* cognoscit *A*, -sci *B* **696** manusque *B*, minaces *A* **697** gaudente *A*, -tes *B*

securi stupuere rei, terretur Egistus;
'non ego promisi Danais per saecla quietem?
nullus ad Argolicos moveat qui bella remansit
Hectore consumpto, Troia pereunte sub armis'
dicebat regina furens irata ministris;
'vindico, sic vivam mecumque senescat Egistus.'
talia dum loquitur (quasi vindex saeva minatur),
una puellarum male concita currit anhelans;
'venit Orestes', ait, sed statim credita non est.
dum dubitant somnumque putant et vana locutam,
apparet violentus atrox Pylades in aula,
qualis in hoste fuit trux inrevocabilis Aiax,
Hectora cum peteret clipeo septemplice tectus;
ore fremens et fronte minax, mucrone coruscus
intonat auctores scelerum: 'crudelibus ausis
regnantes nunc usque truces evadere iustas
sperastis vos posse manus? modo saeva luetis
supplicia scelerum non una morte perempti.'
dixit et ad famulos ultricia verba retorsit:
'praecipitate nefas solio de principis ictum
et pede tractus eat fera victima regis Atridis.
carnifices frangant durissima membra secures
et pereat pastor qua regem morte peremit;
ante tamen nostram perfundat sanguine dextram.'
dixit et exertum costis immerserat ensem.
saucia membra trahunt famuli pede vincla ligantes

---

700 stupuere *A*, stip- *B* **701** *loquitur regina, cf. v. 394 ss.* **702** Nullus *B*, Vllus *A* q (= qui) bella *A*, quiduella *B* **704** Dicebat *A*, -bā *B* **705** sic *B*, si *A* **706** minatur *BA*, -ta *Rothmaler* **707** male *A*, ale *B* **709** locutam *A*, -ta *B* **712** septemplice *A*, -ci *B* **713** coruscus *A*, -is *B* **714** Intonat *A*, Alntonat *B* autores *B*, actores *A* **715** Regnantis *B*, -astis *A* **716** uos B^2A, suos B^1 **717** Supplicia *A*, Suplia *B* perempti *A*, perenti *B* **718** famulos *A*, famulos suos *B* **719** ictum *BA*, actum *Baehrens* **720** atridis *B*, -dae *A* **721** securis *B*, -ri *A* **722** regem *A*, rege *B*

postque fores portae, quibus est prostratus Atrides,
ossibus effractis minuunt per mille secures,
et male partitos per vulnera palpitat artus.
at genetrix dilata putat sibi parcere natum
et secura sui ⟨iam⟩ pro pastore dolebat,
cum subito truculentus adest immanior hoste
matris in exitium famulorum nixus Orestes
agmine terribilis, qui captam crine trahebat
increpitans: 'inpune tuum post funera patris
sperasti regnare nefas tumuloque parentis
iungere natorum voluisti fata duorum?
vivo (vides), scelerata parens, moriere cruente
sic manibus iugulata meis super ossa mariti.'
conturbata parens nudis exerta papillis
orabat natum: 'per haec, puer, ubera, parce!
per superos patremque tuum, per cara sororis
pectora, quae nostro te tunc rapuere furori,
et per Pyladen, quod plus est, testor amicum:
da veniam, miserere, precor, miserere parenti,
si dici sum digna parens.' tum natus 'inanes
perdis' ait 'lacrimas, genitor te expectat a⟨d umbras⟩.
Ilias ingemuit domini Cassandra ruinam
nec ferit Andromache famulans post Hec⟨tora Pyrrhum⟩,
cum regina Phrygum fieret captiva Pelasgum:
praelato pastore ducis tu colla cruentas.
haec mihi Pylades meus imperat et soror urget,
ut iaceas mucrone meo, truculenta virago.'

---

727 effractis *A*, etfractis *B* **729** At *A*, Ad *B* **730** iam *A*, *apto spatio relicto om. B* **732** nixus *B*, nisus *A* **733** crine *A*, crimine *B* **738** Sic *Vollmer*, Sed *BA*, Et *Mähly* **739** papillis *B*, mamillis *A* **740** pe hec puer *B*, puer ista per *A* **741** cara *Rothmaler*, clara *BA* **742** quę *A*, q: *B* furori *A*, -re *B* **743** piladen *B*, -em *A* testor *A*, estor *B* **744** parenti *Westhoff*, -te *B*, -tis *A* **745** dici *A*, dicis *B* tū *A*, tu *B* **746** ad umbras *A*, a *nihil amplius B* **748** hectora pyrrhum *A*, hect *nihil amplius B* **751** et *BA*, haec *bene Rossberg* **752** iaceas *A*, iactas *B* uirago *A*, uirgo *B*

ast ubi nil potuit mulier de prole mereri,
mox redeunt animo Phrygiae praesagia vatis.
'si placet ulcisci genitorem' dixit 'in ambos,
Pyladis me dextra necet, necet ensis et idem,
et super ossa ruam recidens spirantis Egisti,
et, scelerum complex et nostri criminis auctor,
mixtus uterque cruor testabitur omnibus umbris,
consortes scelerum quia sors manet una malorum.'
'quod super ossa rogas moechi moribunda iacere',
natus ait, 'melius recides super ossa mariti;
nec cruor amborum miscebitur ense minaci,
criminibus nec fructus eat morientis amoris
aut operae pretium capiatis sorte malorum,
supplicio sociante nefas: discreta iacebis.'
dixit et ad patris veniens dat verba sepulchrum:
'sancte parens, quia sensus iners et spiritus extas,
accipito inferias, quas offero. victima iusta est:
macto Clytaemestram matronam regis Egisti
atque (utinam non!) ante tuam. solacia nosce:
nam iacet ille loco, quo tu percussus obisti.
aetatis mora iusta fuit, quod tardius hoc fit;
olim velle fuit.' subicit Danaeia mater:
'sol pietas elementa poli mare flumina tellus
et rerum natura parens tuque atra vorago,
expectate vices nato redhibente parenti
quod genitus fuerit, mercedem cernite lactis.'

---

754 vatis *Sinner*, satis *B*, sortis *A* **756** necet necet *Sinner*, net necet *B*, necet nec *A* **757** recidens *A*, receded- *B* **758** et nostri *B*, sit nostri *A* *post* **760** *habet A v. 766 inclusum litteris* va — cat, *iterum eundem suo loco* **763** Nec *B*, Ne *A* ense *A*, mense *B* **764** nec *B*, ne *A* **765** sorte *B*, forte *A* **768** parens *B*, p̄r *A* **769** inferias *A*, infecias *B* **770** Macto *A*, Mato *B* **772** Nam *B*, Iam *A* **773** quod *Rothmaler*, quo *BA* **774** daneia *A*, danę *B* **776** parens *B*, potens *A* **777** Expectate *B*, Haec spectate *A* vices *Rothmaler*, ciues *B*, truci et *A* nator et hibente *B*, nato phibete *A* parenti *B*, -te *A* **778** *ut supra B*, Quo fuerit genitus *A*

dixerat haec genetrix, surdis tamen auribus inquit.
quod potuit pietas, vultus avertit Orestes.
sol negat almus equos iterum de more Mycenis
atque tenebroso subtexitur aere caelum,
et non legitimam timuit mox Graecia noctem,
extimuit natura chaos, elementa tenebras;
laudat Enyo nefas, dextram capulabat Erinys.
pallia purpurea praestricto dente momordit,
concidit et tunicam manibus tendebat ad imos
usque pedes, metuens ne mortua nuda iaceret:
maesta verecundo volvebat lumina visu,
vix semel infelix extrema in morte pudica,
quod non ante fuit, metuens in funere famam.
candida puniceo rutilantur membra cruore,
verbere corporeo pressas quatiebat harenas,
tandem iussa mori vitam cum sanguine fudit.
tunc repetunt pariter regalia limina torvi:
sic duo terribiles fulva cervice leones
caede iuvencarum satiati lustra reposcunt.
regia sanguineos susceperat aula sodales;
conveniunt Danai, regis sub honore salutant,
pars dolet Atriden, sed pars dolet altera matrem,
nemo tamen facinus verbis culpabat apertis,
nec fuerat quisquam qui non damnaret Egistum.
transierat funesta dies, sol merserat undis
oceano stridente rotas, redeunte sorore
roscida somnigerum revocabat palla soporem,

---

779 hęc *A*, et *B* **780** potuit *B*, potum *A* (h)orestis *BA* **781** negat *BA (sic)* equos *A*, quos *B* **782** aere B^2A, aerum B^1, *ut vid.* **785** enio (aŧ emo *margo A*) *BA* (h)erinis *BA* **786** purpurea *C. G. Müller*, -reo *BA* prestricto *B*, constr- *A* **790** Vix B^2A, ox B^1 **791** funere B^2A, fune B^1 **793** Verbere AB^3, Verbe B^1 harenas *A*, arena *B* **794** Tandem B^2A, Tamdē B^1 **795** limina *B*, lum- *A* **796** Sic B^2A, Tunc B^1 **797** saciati *A*, -ri *B* **800** atridens et *B*, atridem et *A* matrē *A*, mater *B* **804** sorore *A*, -rem *B* **805** Roscida *B*, Rosida *A*

tempus adhuc medium volvebant sidera noctis:
nuntius Hermione venit de virgine, raptam
stirpis Achilleae Pyrrhi praedante rapina.
mox furit Atrides, qui sic est orsus amico:
'nos alius vocat ecce labor, novus ignis amoris.
quid faciam? scelus est, passim rapiatur adulta
sponsa toris promissa meis. tu regna guberna;
ibo ego per gladios flammas et mille cohortes,
(nam decet ultorem patris sibi quoque mereri),
dum tamen eripiam clamantem nomen Orestis.'
dixit et accinctus capulo produxit in hostem.
repperit Aeacidem subientem templa deorum,
adgreditur iuvenem, securum obtruncat ad aram
et redit ad Danaos elatus caede secunda.
dum solio fruitur patrio diademate pulcher,
astitit ante oculos genetrix sua non ut inermis,
sed faculis armata rogi, subcincta cerastis.
ignibus admotis resolutos orbibus angues
ingerit in faciem iuvenis, mortale minatur.
terruerant haec monstra virum, fugit atria lustrans,
sed sequitur metuenda parens; petit ille recessus
per secreta domus, illic magis invenit hostem.
obice postposito mox ianua clauditur omnis:

---

806 uoluebant *A*, -rant *B* **807** ermione *B*, hermionae *A* raptam *B*, rapta *A* **808** achilleae pyrrhi *A*, achillę piriti *B* **809** est orsus *Baehrens*, extorsus *B*, exorsus *A* amico *Rothmaler*, -cum *BA* **810. 811** *sic coniunxit A:* Nos alius uocat ecce labor: raptatur adulta novus *Baehrens*, notus *B*, vocat *Rossberg* amoris *Peiper*, laboris *B* **811** passim rapiatur *Peiper*, passim ẽ rapiatur *B* quoque *Vollmer*, quippe *BA* **817** subientem *B*, subeuntem *A* **818** aram *A*, ara *B*, aras *Baehrens* **820** pulcher *B*, frangit *A* **822** faculis *B*, facibus *A* rogi *A*, rogis *B* **824. 823** *ordinat A, versa vice B* **824** resolutos orbibus *Rothmaler*, resoluto sortibus *B*, resolutos crinibus *A* angues *A*, anges *B* **823** iuuenis *A*, iualenis *B* **825** fugit *Rothmaler*, fuit *B*, furit *A* **826** recessus *A*, recensus *B* **828** clauditur *A*, clad- *B*

repperit interius matrem in penetralibus aulae.
infremuit conata loqui: 'crudelior', inquit,
'inpie, non sat erat pietatis vulnus acerbum,
ut scelerata manus macularet sacra deorum?
claude adamanteas ferrato cardine portas,
obstrue per chalybem, si sunt tibi mille fenestrae:
omnibus ipsa locis adero tibi saevior umbra
per freta per campos per silvas flumina montes.'
dixit et angue rogi crepitanti pectora turbat.
ast ubi pernicem non est fas vincere matr⟨em⟩,
it manus ad capulum, sed crebris ictibus auras
dividit et vacuam revocat sine vulnere dextram
ac miser increpitat: 'meus est hic mucro cruentus;
quo, meretrix, percussa iaces, feriere secundo.'
dixit, et agnoscens gladium gravis umbra fugatur
aera per tenerum, tamen heu remanente furore
perfurit Inachius vindex Agamemnonis heres;
ut furit ex Baccho male sobrius ille Lycurgus,
ut furit Alcides saeva terrente Megaera,
ut quondam furuit Danaum fortissimus Aiax,
infremit inpatiens, tota discurrit in aula.
qui famulos matrem, ⟨matrem⟩ putat esse sodales:
mater erat quicunque fuit, vicinus ubique

---

829 interius *Mähly,* inf- *BA* **831** erat *A,* erant *B* **832** Vt *B,* Ni *A* macularet *A,* -re *B* **833** adamanteas *B,* -eas *corr. in* -eos *A* portas *B,* postes *A* **834** Obstrue *A,* Estrue *B* chalybem *Vollmer,* caḷliū est *B,* calcem *A* fenestrae *A,* funestrę *B* **836** campos *B,* terras *A* siluas *A,* silua *B* **837** angue *B,* igne *A* **838** pernicem *Schenkl,* -ciem *BA,* -ci *Rothmaler* matrem *Rothmaler,* matr *B,* matris *A* **839** It manus *A,* In manib; *B* sed *Rothmaler,* et *BA* **843** agnoscens *A,* -sces *B* fugatur *B,* grauatur *A* **844** furore *A,* -rem *B* **846** baccho *A,* uaco *B* licirgus *B,* ligurgus *A* **847** alcides (l *fere tota exesa*) *B,* egides *A* terente megera *A,* terrentem egebat *B* **848** quondam *A,* quandam *B* **849** tota *B,* totam *A* aula *C. G. Müller,* aulam *BA* **850** matrem *bis A, semel B* putat *A,* -ant *B* **851** fuit *BA,* subit *Baehrens*

aspis et ignis erat; fugit hos, simul adpetit illos,
Pyladis tantum facies non terret amicum.
inter delicias epulis regalibus aptas
esurit et facibus prohibetur tangere mensas.
sic inferna fames animo torquetur inane:
prandia conspiciens dapibus conferta potentum
ingemit, ac nullus cibus est, sed imago ciborum,
quos nec ut attingat Furia accumbente vetatur.
quid faciat? quos ille deos, quae numina poscens
eliciat supplex? vel tertia regna fatiget?
dum deflent omnes et tota plangitur aula,
alter adest gemitus, tristis dolor et metus ingens.
venerat Andromachae soboles Pyrrhique Molossus
ultorem genitoris agens. Pylades Orestem
tollit et externas subtractum mittit ad oras.
litora contigerat, fuerant ubi templa Dianae —
mos ibi saevus erat: miser advena victima ferri
ducitur — erectus mox stat vittatus ad aras.
vidit ut, armatur ⟨quod ferro ex⟩ more sacerdos,
expulsus terrore furor: mors proxima mentem
reddidit et partem tribuere adversa salutis;
nam miser ingeminans Agamemnona saepe vocavit.

---

852 fugit *B*, furit *A* **855** Esurit et facibus *A*, Esuriret faucibus *B* **857** Prandia conspiciens *A*, Grandia conspiens *B* conferta *B*, conserta *A* **859** nec ut attingat *A*, noc& adtinguat *B*, ne contingat *Baehrens* furia accumbente *A*, furiaccibente *B*, furia cohibente *Hagen* **860** deos quae *A*, deos quo *B* poscens *A*, -ent *B* **861** vel *Rossberg*, ut *B*, an *A* **862** deflent *A*, deplectent *B* **863** Alter *B*, Vltor *A* **865** pilades *BA* **866** Tollit et *A*, Tollite *B* externas *B*, extremas *A* **867** Litora contigerat *Rothmaler*, Litera conticera *B*, Littore constiterant *A* ubi *B*, ibi *A* **868** ibi saevus *Rothmaler*, ubi saeuus *A*, serbus ubi *B* **869** erectus *BA*, -as *Rothmaler, an* et raptus? statuitatus *B*, ipse staturus *A* **870** armatur B^1, -etur B^3A quod ferro *A, om. lacuna fere 9 litterarum relicta B* ex *om. BA, add. Vollmer* **871** mors *B*, mox *A* **872** tribuere *A*, triuere *B* **873** uocauit *A*, uocant *B*

audierat sollers Iphigenia nomen Atridis:
'hostia, dic, quis eras, aut cur Agamemnona clamas?'
saucius ille refert: 'ego sum miserandus Orestes
matre Clytaemestra genitus, regnator Atrides
noster erat genitor.' non ultra passa loquentem
proiecit cultrum percussa fronte sacerdos:
'solvite, carnifices, trepidantia membra ligati:
sanguine corda carent, non est haec hostia grata.'
dixit et exutum vittis summovit ab ara,
omnibus exclusis non se negat esse sororem;
sed videt interdum vitiata mente furentem
nil sano sermone loqui. quem nocte precatu
purgat et ablata migrat cum fratre Diana.
ut patriam rediere suam, mox Fama Molossum
instruit: accusat gemino de crimine Orestem:
legibus exhibitum mediis induxit Athenis.
conscendere patres templum praebente Minerva;
surgit Achilleus stimulatus amore paterno
et sic orsus ait: 'proceres, legalis origo,
arguo mortiferum sceleratae mentis Orestem,
sanguinis oblitum, humani iuris egenum,
sacrilegum superum, perfusum sanguine matris
et dextra fundente sua. sed adulterа forsan
mater erat. Pyrrhus numquid fuit alter Egistus,
quem necat in templo caelestia dona ferentem
eversorem Asiae, natum armipotentis Achillis?

---

874 sifigenia *B*, ephigenia *A* atridis *B*, -dae *A* **875** clamas *A*, -ans *B* **876** Saucius *BA*, Ocius *L. Müller* refert *A*, refr& *B* **880** ligati *Rothmaler*, -tis *BA* **881** carent *B*, micant *A* **882** sūmouit *A*, sūmobitā *B* **885** quē *A*, q̄ē *B* precatu *A*, -tum *B* **887** p̄riam rediere suā *A*, patria r. sua *B*, patriae r. suae *Haase* **888** de crimine *B*, discrimine *A* **889** induxit *B*, -cit *A* **890** Conscendere *B*, Consedere *A* prebente *BA*, praesente *Rossberg* **891** achilleus *A*, atihilleus *B* **893** scelerat(a)e B^2A, -ante B^1 **896** adultera *L. Müller*, altera *B*, et altera *A* **898** ferentem *A*, -te *B* **899** Euersorem *A*, Au- *B* achillis (*ex* ath-) *B*, -lli *A*

forte refert, quia mater erat scelerata profana,
crimen adulterii cumulat quae morte mariti.
percutienda fuit rea maxima iudice iusto,
non tamen ense suo. quid iam peccasse pudebit,
cui prius est in matre nefas? censete severa,
Cecropidae proceres: decet ultio talis Athenas.
cuius in exitium sat erit non culleus unus;
talibus hic opus est: aequentur vulnera membris,
partibus abscisis sibi sit de morte superstes,
tempore sub modico vivax laniando cadaver.'
haec ait et tacuit. cui sic respondit Orestes:
'summates Danaum, sapientes, lumina cordis,
culmen Athenaeum, censores iuris honesti,
gaudeo securus quod apud vos causa movetur,
sunt quibus uxores, quibus est affectus amandus,
et meminisse reor primaevi temporis annos,
quid sit amor sponsae, thalami quae vota futuri.
dis superis grates, quod post tot funera mentis
arguor adsistens inter subsellia sospes.
incolumis veneror sanctum per iura tribunal,
a licito discerno nefas. tractate, verendi.
non de lite mea sententia vestra ferenda est,
sed de iure deum, qui me purgasse probantur,
dum medicinalem tribuunt per corda salutem;

---

900 refert *A*, refr& *corr. in* refert *B* **901** quae *A*, q: *B* **902** rea *A*, trea *B* **903—904** Quid — nefas *habet florilegium (LHDX)* **903** pudebit *BALD*, pigebit *HX* **904** Cui *BA*, Cum *flor.* prius *BA flor.*, pius *L* matre *BA flor.*, mente *H* censete seuera *A*, cens& hec reuera *B* **905** cecropid(a)e B^2A, recopide B^1 **906** Cuius *BA*, Huius *Baehrens* **907** hic *C. G. Müller*, hoc *BA*, huic *Rossberg* **908** superstes *A*, supestes *B* **909** sub *Vollmer*, sed *B*, sit *A* **911** lumina *B*, -ne *A* **916** Quid *A*, Quod *B* **918** assistens *A*, adsistiens *B* subsellia sospes *A*, subselias opes *B* **919** iura *A*, iara *B* **920** discerno *A*, dist- *B* tractate *B*, -ante *A* uerendi *A*, uenendi *B* **921** est *B*, *om. A* **923** salutem *A*, -tes *B*

nemo pol servare deum, puto, vellet iniquum.
iustior invenior, dum matrem vindicat ultor:
si ulciscenda rea genetrix, quid iam pater insons?
quis, rogo, sacrilegus, quis demens audeat almos
accusare deos, quibus est perfecta potestas?
scilicet accuset, vocet in certamina divos,
obiciat facinus: praesumat bella gigantum.
forsitan obiciat: fuerant cur ergo furores?
cura doloris erat, proceres, nec poena reatus:
taedia sollicitant animos mentemque fatigant.
Pyrrhus erat raptor, vindex post bella rapinae:
arguit unus iners quem conprobat ordo deo⟨rum⟩.
quaeso, duces legum, sententia vestra resolvat
purgatum sub iure deum, sub sorte benigna.'
dixit et imposuit moderata silentia linguae.
consilium petitur, facta tractantur Orestis.
mos erat arbitrii quod dispar calculus iret:
albus adest vitae, nam mortem russeus urget.
iudicii certamen erat, sententia duplex
discrepat et numerus par est utrique coloris.
calculus albus erat, habuit quem dextra Minervae:
is datur ad vitae numerum, 'purgandus Orestes'
dicitur et procerum talis sententia fertur:

---

924 pol *Vollmer*, poli *BA* **926** rea *BA*, rea est *L. Müller* **927** *om. A* **927—928** quis demens — potestas *habet florilegium (HDX)* **927** sacrilegus *Mähly*, -gos *B* demens *B flor.*, prudens *H* **928** Accusare *BA*, Inc- *flor.* perfecta *BAX*, permissa *HD ex Lucano 1, 595* **929** accuset *A*, aucuset *B* diuos *A*, duos *B* **930** Ouiciat *(mediis fere oblitis) B*, Quid faciat *A* **931** furores *B*, nocentes *A* **932** nec *Peiper*, ne *B*, non *A* **934** bella *BA*, ipse *conieci; an post* **934** *versus excidit?* **935** deorum *A*, deo *B* **936** sententia *A*, sentia *B* **939** facta *A*, fata *B* **940** arbitrii quod *A*, arbitri quos *B* **941** russeus *B*, ruffeus *A* **942** dupplex *A*, suplex *B* **943** par est *C. G. Müller*, paris *B*, paris est *A* utrique *(gen.) B*, utrinq; *A* **945** Id *corr. in* Is *A*, His *B* (h)orestis *BA* **946** Dicitur B^2A, ucitur B^1 procerum *A*, poc- *B* fertur *Rothmaler*, perra *B*, vera *A*

'si decreta deum homini tractare liceret,
posset Orestis opus legali tramite quaeri;
sed quia praescripto capimur, clementia caeli
non sinit audiri, iuris censura quiescat.
quis temerator erit caelestia iura movere?
non erat inpunis Paris arbiter ille dearum,
Teresias nec erat iudex inpune Tonanti.
raptor obit Pyrrhus, iusto mucrone peremptus.
quod per templa ruit, fuit et perfecta potestas,
si vellent, punire deis. securus Orestes
sitque redux patriae nullo damnante reatu.'
actum erat. excipiunt populi clamore faventes,
suscipit egressum Pylades laetus amicum
amplexaeque tenent laeva dextraque sorores,
quattuor et reduces laeti petiere Mycenas;
regia divitiis reputantur tecta relatis.
di, quibus imperio est facilis concessa Tonantis
aeris et pelagi terrae caelique potestas,
vos pietas miseranda rogat, vos mitis honestas,
vos bona simplicitas, affectus sanguinis orat,
vos genus humanum, consortia sancta cruoris,
stemmata vos generis, cognatio iuncta precatur:
crimina Lemniadum sat erant, Danaeia festa,

---

947 deum *semel A, bis B* **950** censura *A*, tens- *B* **951—952** inpunis *habet florilegium (HDX)* **951** *et* **952** *post* **952** *repetiti sunt in B* ($B^a B^b$) **951** Quis *B*, Qui *A flor.* iura (-re *D*) $B^a A$ *flor.*, iussa B^b **952** erat B^b, erit $B^a A$ *flor.* **953** Tiresias nec *L. Müller*, Necterestas *B*, Non p̄status *A* impune *A*, inpone *B* **954** iusto *A*, iuxto *B* **955** et *C. G. Müller*, est *BA* **957** damnante *A*, -tes *B* **958** Actum erat *A*, A//ttuerant (*erasa* c) *B* **959** egressum *C. G. Müller*, -us *BA* **960** Amplexeq· *B*, -uq; *A* tenent *A*, tent *B* **962** diuiciis *A*, -tis *B* reputantur *(i. denuo magni aestimantur) Vollmer*, reputuntur *B*, implentur *A*, replentur *C. G. Müller*, repetuntur *Rothmaler* **963** Dii *BA* **965** honestas *A*, -os *B* **966** bona *A*, una *B* **968** uos *A*, hos *B* **969** lemniadum *B*, naiadum *A* erant *B*, erunt *A* daneia *BA* festa *Vollmer*, fecta *B*, facta *A*

quae thalamos fecere rogos, et facta Thyestis
innumerumque nefas, quod sit narrare pudoris;
ecce Mycenaea triplex iam scaena profanat
Graiugenum famam: vestro iam parcite mundo
atque usum scelerum miseris arcete Pelasgis.

---

970 et facta *A*, effacta *B* **971** narrare *A*, narre *B* pudoris *B*, -ri *A* **972** Mycenaea *C. G. Müller*, -as *B*, -os *A* scena *A*, stena *B* **973** Graiugenũ *A*, Gradum genum *B* famã *A*, famamq: *B* ur̃o *B*, nr̃o *A* **974** scelerum *B*, -is *A*

DE MENSIBVS

IANVARIVS

Purpura iuridicis sacros largitur honores
et nova fastorum permutat nomina libris.

FEBRVARIVS

Sol hiemis glacies solvit iam verbere †niues,
cortice turgidulo rumpunt in palmite gemmae.

MARTIVS

Martia iura movet, signis fera bella minatur,
excitet ut turmas, et truncat falce novellas.

APRILIS

Post chaos expulsum rident primordia mundi,
tempora pensantur noctis cum luce diei.

MAIVS

Prata per innumeros vernant gemmata colores,
floribus ambrosiis caespes stellatur odorus.

IVNIVS

Messibus armatis flavae crispantur aristae:
rusticus expensas et fluctus nauta reposcit.

IVLIVS

Humida dant siccas messes domicilia Lunae;
fontanas exhaurit aquas, ut Nilus inundet.

DE MENSIBVS **3** niues *Corio*, mitis *Traube* iam vere nivesque *Baehrens* **6** truncat *Hosius*, -et *Corio* **9** vernant *Baehrens*, -at *Corio* **11** flavae crispantur *Baehrens*, crispae flavantur *Corio*

AVGVSTVS

Atria Solis habet, sed nomen Caesaris adfert.
mitia poma dabit, siccas terit area fruges.

SEPTEMBER

Aestuat autumnus partim variantibus uvis,
agricolis spondens mercedem vina laborum.

OCTOBER

Promitur agricolis saltantibus ebrius imber
rusticitasque decet gaudens plus sordida musto.

NOVEMBER

Pigra redux torpescit hiems; mitescit oliva,
et frumenta capit quae faenore terra refundat.

DECEMBER

Algida bruma nivans onerat iuga celsa pruinis
et glaciale gelu nutrit sub matribus agnos.

---

17 partim *Corio, an* passim? **19** ebrius *Corio,* Euhius *Baehrens*

DE ORIGINE ROSARVM

Icitur alma Venus, dum Martis vitat amores
et pedibus nudis florea prata premit:
sacrilega placidas irrepsit spina per herbas
et tenero plantas vulnere mox lacerat.
funditur inde cruor, vestitur spina rubore;
quae scelus admisit, munus odoris habet.
sanguine cuncta rubent croceos dumeta per agros,
et sancit vepres astra imitata rosa.
quid prodest, Cypris, Martem fugisse cruentum,
cum tibi puniceo sanguine planta madet?
sanguineis Cytherea genis, sic crimina punis,
uracem ut spinam flammea gemma tegat?
sic decuit doluisse deam, sic numen amorum,
vindicet ut blandis vulnera muneribus!

DE ORIG. ROS. **1** Icitur *Traube,* Dicitur *Corio* **7** croceos *Baehrens,* -us *Corio* **12** Vracem *Vollmer,* Veracem *Corio,* Mordacem *Baehrens*

FRAGMENTA

I

floril. Veron. fol. 1^{r} col. 2 vers. 1 Bloxus in Romulea:
quia numina semper
irasci miseris possunt, felicibus autem
et praestare volunt.

II

periit carmen in honorem Zenonis imperatoris Byzantini.

III

periit item carmen in honorem Thrasamundi regis.

AEGRITVDO PERDICAE

Dic mihi, parve puer: nunquam tua tela quiescant?
non sat erant frondes, non undae nec fera nec fons?
non satyrus, non taurus amans, non ales et imber?
non tristes epulae, post quas petit aera Tereus?
hoc tibi restabat postremum, saeve Cupido:
ad dirum matris iuvenem compellis amorem!
muta, precor, flammas aliasque intende sagittas:
quid possit nosti pietas et, perfide, mater,
et Paphiae quam triste decus sarcire furorem.
claudite nunc animos miserandaque pectora, matres,
ne scelus hoc vestras iteratum polluat aures
neu vos sollicitas temptet dolor iste nefandus
. . . . . .
viderit ac simili poena commissa recuset.
namque omnes superos et cetera templa deorum
ture pio sacroque mero votisque colebat,
oblitus Veneris puerique oblitus Amoris:
hinc offensa dea est, haec diri causa furoris;
hinc quoque partus amor redeundi ad tecta parentum,
infelix Perdica, tibi (nam nuper Athenas

AEGR. PERD. *quae discrepant a codicis lectionibus auctore non nominato corr. Baehrens* **3** satirus *H* ales] alis *H* **4** post] per *H* Tereus] ethereus *H* **5** tibi restabat] ubi testabat *H* **6** Ad dirum *Rossberg,* At dirum in *H* **7** aliasque *H,* alioque *Baehrens* **8** perfide *Rohde,* -da *H* **9** Et] Est *H* decus sarcire *Vollmer,* decuis arcere *H* **10** matres] matrum *H* **11** Ne *Hiller,* Nec *H* iteratum *(i. narratum)]* -to *H* polluat] pollulat *H* **12** Neu vos *Hiller,* Neue *H,* Ne uos *Baehrens* *post* **12** *lacunam indicavit Baehrens, nulla in H* **13** recuset] recussit *H* **14** cetera] terrat *H* **15** Ture] Tu te *H* pio *sic H* **16** Amoris] -re *H* **17** diri] duri *H* **18** redeundi *Vollmer,* redeunte *H,* -ti *Baehrens* **19** pdica *bis H* aethenas *H*

venerat et studiis animos praebebat et aures);
hinc quoque regreditur matris periturus amore.
infelix, qui Cecropias nunc deserit arces,
iam praeda est Veneris, iam flammis atque sagittis
armatus tenuit servans iter omne Cupido.
lucus erat variis in frondibus undique saeptus,
quem Phoebi Daphne foliis diffusa tenebat
et myrtus Paphies, speciosi testis Adonis,
egrediturque solo fundens sua brachia pinus
(hac Phrygius pastor spernens in amore Cybeben
desectusque virum per tympana plangitur Attis)
fonsque regit medio mota per gramina lapsum:
illic dispersi flores mixtique colores
ostendunt, Veneris quid amor; nam candidus illic
flos narcissus amat veteris vestigia fontis
et rosa purpureum spargens per prata ruborem
(seu Veneris cruor est seu flamma Cupidinis ista,
nescio, sed gratum memini quia servit amori).
hunc lucum philomela tenet: circumvolat alis
et dulcis queritur fetus suspensaque ramo
. . . . . .
lucus Amoris erat; delapsus ⟨ab⟩ aethere pennis
(namque illi conquesta Venus mandaverat ignis)
paruit imperio matris pharetramque sagittis
plenam fundit humi tollitque e pluribus unam

---

20 animos *H*, -um *Baehrens* **22** cecropeas *H* **24** Armatus] Arma tñ *H* **26** Quem] Quae *H* Daphne foliis] solus dafnae *H* difussa *H* **27** testis] tectis *H* **29** Hac Phrygius] Hanc frigidus *H* Cybeben] ebebe *H* **30** Desectusque virum] Desertusq; uiro *H* **31** mota *Rohde*, nota *H* lapsum *Rohde*, lapsa *H* **32** Illic *H*, Illis *Baehrens* dolores colores *H* **34** ueteris] ueneris *H* **35** roborem *H* **37** gratum *H*, gratus *Baehrens* **38** locum filo mella *H* *post* **39** *aeque magnam lacunam indicavit Baehrens atque post v. 12, nulla in H* **40** ab *add. Baehrens, om. H* pinnis *H, item* pi- *56. 101.* **41** illi] illa *H* **42** pharetramque] pharetaq; *H*

'hoc telum est', dicens, 'olim quo Iuppiter auro
decidit et Danaen fulvo compressit amore;
ast' (aliud tollit) 'Ledam hoc quo cygnus amavit
Antiopam ⟨et⟩ satyrus tenuit; iam fessa sagitta est.
quo, Perdica, tibi calamo firmemus amorem?
vulnera iam nostrae veteres fecere sagittae,
nunc nova visenda est.' dixit rivumque secutus
quaerit arundineas scrutatus limite silvas.
nec mora nata deo est, namque obvia venit arundo,
quam puer excussam totis radicibus aufert.
et primo mollis eradit pumice libros,
post volucri cupiens fibra librare sagittam
pennam de propriis ardentibus abscidit alis
et religat †cera, (possit quoque cera tenere
quod temptabat opus; sed Amoris pluma calebat).
iam sol emensum radiis libraverat orbem
atque diem sexta magnum discreverat hora
(omnia per terras animalia fessa calore
sideris aestiferi frondis sub tecta subibant):
ad lucum Perdica venit fessusque labore
inlimes respexit aquas nymphasque recentes
umbriferumque nemus, mixtos per gramina flores.
ingressus postquam est lucos Perdica rigentes,
talibus est verbis socios aut voce secutus:

---

44 telum] telo *H* olim] solim *H* **45** Danaen] danae *H* **46** Ast *H*, Est *Rossberg* Ledam] leda *H* quo] qđ *H* amavit] -bit *H* **47** Antiopam ⟨et *add. Vollmer*⟩ Satyrus *Baehrens*, Antiopasatorus *H* sagittast] sagittas *H* **48** Quo] O *H* **49** ueteres] -ra *H* **50** riuumque] riuaumq; *H* **52** nata *Ellis*, nota *H* **53** Quam] Quem *H* excussam *H*, excissam *Baehrens* totis] tutis *H* **55** fibra *Rossberg*, vvibrā *H* **57** religat] relegata *H* cera *H falso, debebat* iunco *vel* filo **58** Quod] Quo *H* sed *Vollmer*, et *H* calebat] celebat *H* **59** sol emensum *Vollmer*, sole menso *H* **60** hora] ortā *H* **62** frondis] frondi *H* **63** locum *H* **64** Inlimes *Rossberg*, Infimas *H* regentes *H*, *sprevi* rigentes *i. gelidas propter v. 66* **67** aut *H*, ac *Hiller*

'o socii, vestro iustum si corde videtur,
defessos artus et membra calore gravata
hic poterit relevare locus: nam frigida fontis
vena fluit, flores sunt hic, ⟨hic⟩ dulcia prata.'
(heu, Perdica, gravis aestus radiosque micantes
solis te fugisse putans lucosque petisse
ignoras: intus gravior tibi flamma paratur!)
sic postquam fatus, fusi per gramina terrae
accipiunt epulas et dulcia dona Lyaei,
post somno reparant vires. tunc aliger ille
paruit officio mutaturque ore Cupido:
reddit Castaliam Perdicae nomine matrem
complexusque dedit per somnia tristis imago
et saevo iuvenem confodit pectora telo.
qui postquam somno miser est deceptus acerbo,
ardet in incestum puero simulante figuram
ingrediturque suae regalia limina matris:
matris enim misere carae dinoscere vultus
non poterat, quam parvus adhuc dimiserat olim,
cum peteret divae doctissima templa Minervae.
continuo natum famulae venisse parenti
Castaliae dixere suum; pietatis honore

---

69 et *Vollmer,* haec *H,* ac *Baehrens* **70** fontis] fontes *H* **71** hic *duplicavit Baehrens* **73** Sol iste *H* putans *Vollmer,* putos *H,* putas *Baehrens, qui lacunam post versum esse voluit* **74** grauior tibi] tibi grauior *H* **75** fatus] factus *H* **76** Lyaei] leti *H* **77** somno] -nos *H* uirescunt tunc *H* **78** mutaturq; *H,* -tusq; *vel* -toq; *Baehrens* **79** Reddit Castaliam Perdicae *Rossberg,* Perdice reddit castaliam *H,* C. r. P. *Baehrens post 79 (qui ultimus relictus est in fol. 22^{v}) in H scripti v. 240—260 sunt expuncti; signis ♂ coniunguntur v. 79 et 80, qui primus est fol. 23^{R}* **81** saevo *Rossberg,* suo *H* confodit] confudit *H* **82** aceruo *H* **83** incestu *H* simolante *H* figuram] -ra *H* pueri stimulante figura *Baehrens v.* **84** *male loco moverunt edd.:* ingreditur *non amator, sed nescius rerum* regali alimina *H* **85** enim] et in *H* misere *H, adverbium retinendum* dinoscere *scil. in imagine illa ab Amore simulata* **89** dixere] dixisse *H*

illa memor nati venienti est obvia facta,
oscula quoque dedit materna, plena doloris:
heu quotiens iuvenis mutata est mente figura
vel quotiens pulsante deo nova forma secuta est!
quam miser ut vidit, suscepit vulnera saeva;
haesit et insano obstipuit deceptus amore.
'heu ego quam vidi? quae somnia tristia demens?
mater, eras? aut ista tibi †paretur imago
est sed caeca . . . . . .
nam fari scelus est, ⟨est⟩ admissi quoque crimen'
talia constanter secum Perdica locutus.
iam nox umbriferis per caelum roscida pennis
presserat aerios fugientis solis honores
cunctaque per terras animalia pressa sopore:
sola tibi dulci nunquam, Perdica, quieti
tradidit assiduis ardentia lumina flammis.
nox ipsi maesta ⟨est⟩: vigilat metuitque tepetque,
suspirat nunquam requiem daturus amori.
omnia fessa domat caelestia sidera somnus,
flumina quoque tenet nec non maris imperat undis,
corpora vel modicam compellit adire quietem:
pro dolor! hoc scelus est soli vigilantis amori:

---

90 memor nati] memoranti *H* facta] facti *H* **91** quoque] quaeque *H* materna (*nolui addere* et) *Vollmer,* -nae *H; dolorem sentit non mater sed filius; sprevi item* materni pl. caloris (decoris *Rohde*) **92** Heu *Rossberg,* Sed *H* est mente figura *Rohde,* mente figura est *H* **94** *post* **91** *posuit Baehrens* vulnera saeva (dira *Rossberg*) *Vollmer,* uulneris ora *H,* -re curas *Baehrens* **95** Haesit et] Hesitat *H* **96** Heu] Sed *H, vix* Sic quae *H,* per *Baehrens* **97** eras *Rossberg,* erat *H* paretur *H,* par fertur *Baehrens,* par extat *Rossberg* **98** *mutilus in H, videntur plures excidisse versus* **99** est *iteravit Baehrens* admissi *H, an* admitti*?* **101** Iam] Sed *H, vix* Et **103** pressa *H,* mersa *Hosius* **104** Sola (*scil.* lumina) *Vollmer,* Soli *H* **105** Tradidit *scil. sopor* assiduis *Rossberg,* ardentis *H* flammis *Rossberg,* -as *H* **106** est *add. Baehrens* metuitque tepetque] mediumq; tenetq; *H* **110** modicam compellit adire] modica conpellata dire *H*

tunc quoque Perdicam ⟨tanto⟩ premit igne Cupido,
ut possit nec ferre facem. nam fulmine tactus
ardebat miser ⟨et⟩ ducens suspiria corde,
quae puer edocuit mortales cire Cupido,
tales triste furens reddit de pectore voces:
'Nox sceleris secreta mei, Nox conscia cladis,
soli me commendo tibi nostrumque furorem.
tu nosti quid possit Amor: sine te nihil ille,
(seu Veneris pars es tu seu Venus, aut Venus in te est):
des requiem miserando, precor, et posse fateri.
sed matri narrabo? nefas! tamen ibo coactus:
cedamus! quibus hoc poteris componere verbis,
aut vox qualis erit? adgressus namque parentem
'mater, ave' dicturus ero. quid deinde? — tacebo!
Oedipodem thalamos matris vult fama subisse
incestosque toros: satis est quod nescius ista
commisit culpamque tulit licet ille nefandam,
exegit sese privando lumine poenam.'
talis Perdicam per noctem cura premebat
et propĭium miseranda nefas †incesta laboris.
iamque dies ortus clarior nudaverat orbem
et radiis Titan noctis disperserat umbras:
deficiunt iuveni paulatim fortia membra,

---

112 tanto *add. Vollmer,* saevo *Riese,* diro *Baehrens* **113** facem *Rohde,* uocem *H* **114** miser et *Rossberg,* miser *H; an* misere? corde *Vollmer,* cordis *H* **115** mortales cire *Rohde,* inmortale scire *H* **116** furens *Vollmer,* feras *H,* fremens *Rossberg* poctore *H* **119** ille] ille cupido *H* **120** *singularis de Nocte praedicatio* es tu seu] est seu *H* **121** Des] Dis *H* fatiri *H* **122** Sed] Et *H,* At *Ellis* **123** *post* **125** *posuit Rohde* **124** Cedamus *Rohde,* Credamus *H* quibus *Riese,* quid *H* **125** vox] nox *H* **126** Oedipodem thalamos] Et ipodent talamus *H* **127** Incestusq; torus *H* **128** ille] illi *H* **129** sese *H,* de se *Baehrens* privando *Vollmer,* priuato *H,* privat dum *Baehrens* **130** noctem] noctu *H* **131** miseranda *H,* -do *Baehrens* incesta *H,* fit causa *Baehrens, certe* laboris *est 'morbi', cf. 144* **132** clarior *sic H et hic et v. 227* **133** Titan *Rossberg,* citā *H* umbras] undas *H* **134** fortia] forsitā *H*

decoquiturque umor, cunctos qui continet artus;
namque undas Cereremque negat victumque ciborum.
tunc quoque sollicitam monuit maestamque parentem
maternae pietatis honos, famulasque vocavit
ad sese iussitque artis †medicinae requiri,
primores qui forte forent adducere secum.
iussa citae peragunt: vitae venere magistri
ingressique fores atque abdita tecta cubantis
inveniunt iuvenem postrema clade gravatum
et primum quaerunt, quae causa laboris inesset;
post venam temptant; sed haec pulsusque quietus:
esse negant causas vitiati corporis illic;
et iecur et splenis temptata cubilia et atri
quae fellis metuenda domus: sunt omnia sana,
per proprium digesta larem, sunt cuncta quieta
et vitae devota suae, sed dira procella
mente latens caecos urgebat pectore coetus.
Hippocrates, illic fuerat qui forte vetustus
ac vitae spatio longum qui ceperat usum,
restitit ac secum docto sermone locutus:
'quid, medicina, taces? rationem redde petenti,
num sacrae partes, quibus omnis vita tenetur,
discordare parent, cum mox elementa resolvant,

---

135 qui] q; *H* **137** sollicitam monuit] sollescit āmonuit *H* **138** famulasque (-losque *Baehrens*) *Vollmer (cf. v. 88)*, famulatusq; *H* vocabit *H* **139** artis medicinae requiri *H*, *in quo* medicinae *certe glossa est; conieci quale* decora alta requiri et **141** citae *Vollmer*, citi *H* **142** adq; *H* cubantis *Baehrens*, caciantis *H*, tacentes *Rossberg* **144** inessit *H* **145** venam temptant] uena temptata *H*, *quibus* est *interposuit Rohde* sed haec *Rossberg*, sedes *H* pulsusque] pulosq; *H* **147** Et *Vollmer*, Sed *H* iecor *H* temptata] temtanda *H* cobilia *H* et atri] patri *H* **150** sed dira] sidera *H* **151** coetus *H i. confluxiones, turbas, anxietudines* **152** Yppocratis *H* fuerat *H*, suberat *Rossberg* **153** spatio] spatiorum *H* coeperat *H* **154** ac] adq; *H* *v.* **156** *post* **159** *posui Vollmer* **157** Num *Vollmer*, Nam *H*

quae faciunt hominem, dum quattuor ista ligantur? 159
non isti calor est pulsus nec vena minatur; 156
⟨non⟩ stridens gremium vivaces impedit auras; 160
non omenta suas per mollia viscera sedes
⟨excedunt⟩, non corda vagi pulmonis anhelant
intercepta sero, non ilia concita costis
incutiunt saevos iaculata saepe dolores:
displicet os solum, quod sunt suspiria longa.' 165
sic fatus fessae scrutatur conscia venae.
ingreditur mater. tum quae fuit ante tenenti
mitis et in lentos motus aequaliter apta,
inprobiter digitos quatiens pulsatibus urget,
sic mentis confessa nefas. magnusque virorum 170
invenit Hippocrates, quae pectore clausa fuere,
et tali sequitur miserandam voce parentem:
'causa subes, mater: medicinae munera cessant;
hic animi labor est: hebeo. iam cetera di dent!'
talia fatus abit. matrem nova cura premebat 175
per varios divisa modos, natumque cubantem
aggreditur redditque pio de pectore voces:
'nate, precor, miserere mei, miserere tuorum:

---

159 legantur *H* **156** pulsus] pulso *H* **160** Non stridens gremium *Vollmer,* Stridenti gremio *H* gremium *i. pulmones* **161** Non omenta *Ellis,* Momenta *H* sedis *H* **162** Excedunt *add. Ellis,* Destituunt *vel* Deficiunt *Riese* **163** Intercepta *H,* Intersepta *Ellis* sero *Ellis,* se *H* ilia] nilia *H* costis *H,* coxis *Baehrens* **164** iaculata *H,* -antia *Ellis; sed* saepe *est abl. subst.,* iaculata *passive* **165** Displicit *H* os solum *Hiller,* osculum *H,* os colum *male Baehrens* **166** fatus] factus *H* fessae] fessa *H* scrutatur] -tus *H* conscia *H,* compita *Ellis* **167** tum] dū *H* ante] ille *H* **168** aequaliter] et qualiter *H* apta *H,* acta *Baehrens* **169** pulsantibus *H* urget] arguit *H* **171** Yppogras *H* pectori *H* **172** miserandam] -da *H* **173** Causa subes *Vollmer,* Causas habes *H* Causas mater habes *Baehrens* cessant] -ent *H* **174** hebeo *H,* abeo *Hiller* ceteri *H* di dent] dicant *H* **175** abit] habet *H* matrem noua *(cf. v. 220)*] sed matrem nati noua *H* **176** mōs *H,* metus *Baehrens*

limina tu partus, tu me facis esse parentem.
indica: si virgo est, hymenaeos iungere possum;
si vero matrona foret viduata marito,
ne dubites, ⟨haec⟩ cura mea est. hoc maesta verebar,
inlicitos ne forte toros temptare mariti
cogeret acer amor matrisque gravaret honorem.'
ille silet solumque trahit suspiria longa
avertens faciem nec matrem cernere rectis
luminibus poterat sacro prohibente pudore.
'mater' ait, 'discede, precor: plus uris amantem.'
roscida post radios alternaque lumina solis
nox tenebris discursa suis compresserat omnes,
at te, Perdica, nunquam puer ille Cupido
vel partem minimam patitur decerpere ⟨somni⟩,
sed solus tenuit ueneranda †te casus umbras;
continuus tollit pharetras ac tela furoris
et tecum vigilat per noctis tempora longa
intorquens dira assiduis incendia flammis.
et Pudor huc aderat proprio comitante vigore.
stant duo diversis pugnantia numina telis
ante toros, Perdica, tuos: Amor hinc, Pudor inde.
inde Cupido monet secreta referre furoris,
inde Pudor prohibet vocis exordia rumpi;
famamque †surgentem †revocit †ne anillans
. . . . . .

---

179 Limina *Rohde,* Lum- *H* **180** Indica *H,* Inclita *Baehrens* est hymenaeos iungere] es himineos vincere *H* **182** haec *add. Baehrens; fortasse* dubita, haec **189** radios alternaque *vel* aet- *Baehrens,* radiosaet nāq; *H* **190** discursa (*vel* decursa) *Vollmer,* discussa *H,* diffusa *Baehrens* **191** At te *Vollmer,* Ad ante *H,* At iam te (*transposito* puer nunq.) *Baehrens* **192** mimimā *H* somni *in fine add. Baehrens* **193** solus *Riese,* solū *H* ueneranda te casus umbras *H, ex quibus* miserum *bene elicuisse mihi videtur Baehrens, in ceteris opinor latere quale* et bene tectus ab umbris **194** Continuus *H,* -uas *Riese* **201** uocis *H, opinor* voces *ut ab* exordia *novum incipiat colon;* vocisque ex. rumpit *Riese* **202** *ut supra H;*

ire iubet propriumque nefas exponere mentis
verbaque multa docet; quae †voces pectora labi
Perdicae miseri moriuntur in ore pudico.
sed postquam calor inmensus per pectora currens
usserat exesas ardenti corde medullas,
talia dimittit reserato pectore verba:
'saeve puer, semper lacrimis et funere gaudes.
o scelerate, tuas si tu paterere sagittas
sique tuos ignes in te convertere discas,
ut credas quid possit amor! sed parce, Cupido.
inprobe, quae mandas non possum dicere matri.
tormentis adfige tuis, constringe catenis:
non fatear. totas in me consume sagittas,
quotquot amoris habes, et, si tibi tela furoris
defuerint, etiam si de Iove fulmina sumas:
vincere non poteris sanctum, scelerate, Pudorem.'
talia per noctem iuvenis miserandus agebat.
interea matrem nati nova cura premebat,
multaque quaerenti placuit sententia talis,
matronas omnes totis e moenibus urbis
ad propriam venire domum, si quis vigor illex
aut species inlustris erat vel forma superba,
quae proprio iuvenem statuisset amore gravare.
hoc visum placitum matri, non distulit ultra.

Famam surgentem reuocet petit ille, sed ille *Baehrens; puto deesse plura, cum in fine versus videatur latere* anhelans

204 docet] -ent *H* *ut supra H;* vix e pectore lapsa *Rohde, vide an sufficiat* voces pectore lapsae **205** Perdicae] A perdice *H* **206** pectora *H,* corpora *Baehrens, an* viscera? **207** ardenti] -tes *H* **210** patereres *H* **211** discas] dicas *H* **215** fatear] -or *H* **217** etiam si *Vollmer,* et si *H,* etiam tibi *Baehrens* **222** totis] tutis *H* e] ae *H,* de *Riese* urbis] -bes *H* **223** uenire *sic H; mendum huic poetae relinquo;* concire *Baehrens* si] sed *H* illex *Rohde,* illic *H* **224** species] -ie *H* superba] -na *H* **225** grauare *recte H, scil. potione magica* **226** non *H,* nec *Baehrens*

iamque dies ortus clarior nudaverat orbem,
matronae veniunt forma cultuque micantes:
hic erat Andromeda, hic altera Laodamia,
ditior haec Danae, fulgentior altera Glauce,
candidior Chione ⟨haec⟩ pervenit ⟨et⟩ altera Dirce.
huc etiam tenerae sanctae venere puellae
virgineum florem servantes lege maritis.
has tristis Perdica videns et lumina flectens
in matrem traxit duro suspiria corde
et tali secum miser est sermone locutus:
'pro dolor, o superi! defecerat altera forma:
mater amanda fuit. sed vincere certa furorem
quaerendo vultus, liceat quos iure tenere
(hoc etiam voluisse nefas), sed respice, quales
quid superat; sed ut his mutetur gratia formae,
(sunt niveae, sunt hic procero corpore pulchrae,
virgineoque nitent gratae de flore puellae) —
nulla tamen matri similis!' fatusque coercet;
detorsit fessos artus et languida membra.
nunc, o Calliope, nostro succurre labori:
non possum tantam maciem describere solus,
tu nisi das animos viresque in carmina fundis.

---

227 Iamque] Iam *H* clarior *H*, *v. v. 132* **229** laudamia *H* **230** altera] alter *H* **231** Chione] coigne *H* haec pervenit et *Vollmer,* peruenit *H,* procerior *Rohde,* venit altera et *Baehrens,* potior venit *Ellis* disce *H* **234** tristes *H* **235** duro *Vollmer,* dura *H,* dubio *Rossberg* **237** soperi *H* **238** certa *Baehrens* (*cf. 7* mută, *180* indică), certas *H* furorem] -re *H* *v.* **240—260** *et hic* (H^b) *et post v. 79 leguntur* (H^a) **240** et iam H^b, iam *s. s.* et H^a **241** Quid superat *(scil. mater) Vollmer,* Quid uiperas (vip- H^b) *H,* Vituperas *Baehrens* ut his *Vollmer,* uim *H,* ut hic *Baehrens* mutetur] -entur *H* *post* formae *levius distinxi et parentheton indicavi* **242** niveae] ne uae *H* **243** que nitent] netent (*om.* que) *H* gratae *Nolte,* grato *H* **244** fatusque *acc. subst.* **245** Detorsit fessos *Rossberg,* Retorsit defessos *H* atrus *H* **247** maciem describere] matiendi scribere *H* **248** Tu] Ac H^a, A H^b nisi das] nitidas *H* animos] -mus H^a, -mis H^b

†iussisti mandasti, iam possum expromere, Musa.
†primis languentes pallor perfuderat artus,
tempora demersis intus cecidere latebris
et graciles cecidere modo per acumina nares,
concava luminibus macies circumdata sedit
longaque testantur ieiunia viscera †famem,
arida nudati distendunt bracchia nervi,
ordine digestae consumpto tegmine costae
produnt quidquid homo est et quod celare sepulchris
mors secreta solet. sat erit tibi, saeve Cupido?
materia est iam nulla, atrox ubi flamma moretur:
denique defessos artus ac membra calore
molitur gestare †victusque †virorum
solvitur infelix per tota cubilia fusus
miratusque suos artus haec verba remisit:
'quid dicis, Paphie? retulisti nempe triumphum:
ad tantam maciem deducimur. haec tibi virtus,
si dea mortalem propriis superaveris armis?
cerne, precor, quid agas: flammis absumis et ossa,
quae semper servata rogis. miserere roganti,
alma Venus! nosti quae sint tormenta caloris
et quid possit amor: nam mater Amoris amasti.
hunc finem, Perdica, vides? nam spes puto nulla est.
quod superest, moriamur, ⟨Amor⟩. letumne bibamus?

249 Iussisti mandasti *H* (Iussisti *glossema est);* Robora m. *Rohde,* Tu si m. *Ellis* musa] -am *H* **250** Primis *H,* Tristis *Baehrens, vix* Primus *(cf.* denique *260)* **251** dimersis *H* **252** graciles *Vollmer,* -li *H* **254** famem *H est glossema,* aperta *Baehrens,* macra *puto* **255** distendunt H^a, disc- H^b **256** digestae] -ta *H* tegmine H^a, regimine H^b **257** ⁊ (*i.* et) H^a *et* H^b vel *male legit Baehrens* **258** sat erit *Vollmer,* sufficit *H,* satis id *Baehrens* **259** Materia est iam nulla] Materialam (-lā H^a) nŧa sit *H* **261** *ut supra H;* Mollitus gestare nequit victumque ciborum *Baehrens;* Molitus gestare nequit victusque fatiscit *opinor* **262** Solvitur] Siluitur *H,* Volvitur *Nolte* **264** pafiae r. nemphe *H* **266** dea] deam *H* **268** roganti *sic H recte* **271** Hunc *H,* Nunc *Baehrens* est] sit *H* **272** Quod] Quid *H* Amor *om. H, add. Baehrens* letumne] laetumq; *H*

cur, miserande, petis (frustra) potare venena?
iam fauces clausere viam dirosque recusant
in mortem latices. ferro resecemus amorem?
o demens! gladio? quibus armis quove vigore?
quae manus ecce? valet librare in vulnera mortem?
praecipitem iactare libet? fors poena placebit,
sed vereor ne forte leve et sine pondere corpus
vento gestatum rursum servetur Amori.
stringamus laqueum? sic finis detur amandi?
quid turbaris, Amor? puto, vincimus! omnia leti
praedixi tormenta mei, nec te pavor ullus
terruit: et laqueum metuis? mihi redde †tenebris
iam scio quid fugias: ne te mea vincula perdant!
da laqueum collo vel sic cum corpore nostro
inclusus morieris, Amor, solacia fati.
hoc tandem, Fortuna, mihi concede precanti,
ut tumulo scriptum per saecula longa legatur:
"hic Perdica iacet secumque Cupido peremptus".'

---

273 potare] portare *H* **274** dirosque] durosq; *H* **275** resecemus] reseramus *H* **276** vigore] -rẽ *H* **277** Quae *H*, Haec *Baehrens, qui post* ecce *non distinxit* mortem *H*, -tis *Baehrens* **278** iactare] lact- *H* **281** detur amandi *Rohde*, de cura amanti *H* **282** uincimus *H* (*νικῶμεν*), uicimus *Baehrens* leti] liti *H* **283** Praedixi] -it *H* **284** mihi redde tenebris *H*, mihi? cede tenebris *Rohde*, me redde tenebris *Baehrens*, mihi redde tenebras *Ellis* **285** perdant] prodant *H* *post* **287** *graviter distinxi, post* Amor *Baehrens et Riese, v.* **288** *legentes* Haec **288** tandem *H recte, amore potiri vetuit Fortuna* **289** legatur] -etur *H*

INDEX NOMINVM

2, 117 = *Dracontii de laudibus dei lib. 2 v. 117*
sat. 32 = „ *satisfactio v. 32*
VII 80 = „ *Romulea carm. VII v. 80*
Or. 183 = „ *Orestis tragoedia v. 113*
mens. 9 = „ *carmen de mensibus v. 9 (p. 235)*
ros. 4 = „ „ *de origine rosarum (p. 237)*
Aegr. 17 = *Aegritudo Perdicae v. 17*
* *lemmata emendata*

(Abel)] pii ... fratris *2, 305*
non fit Abessālon heres *sat. 163*
Abraham] -ham *2, 625.* pater -ham *3, 144.* -hae ... sinu *3, 56.* -hae ... parentis *3, 101.* -ham ... beatum *3, 255*
Abydon | et Seston *VIII 246*
Acheronta natare *IX 127*
Acheronteis tortoribus *Or. 496*
Achilles *VIII 49. 127.* saevum fulmen -es *157.* Thessalus ... -es *321.* -es *IX 53. X 330. Or. 476* vindex Pyrrhus -is *V 155; cf. Or. 622.* auctor -is ... Aeacides *VII 16.* deliberativa -is, an corpus Hectoris vendat *IX.* currus ... -is *186.* -is *X 333. Or. 78.* armipotentis -is *426. 899* nympharum ... turba suum ... planxit -em (-es *trad.*) *3, 392.* magnanimum Aeacidem ... -em *VIII 192.* -em *IX 93.* -en *Or. 535 voc.:* fortis -es *IX 9. 125. 211.* -es *33. 189 cf. IX 124 s.* bellipotens *IX 141. Gaea,* unde genus ducis *229 v.* Aeacides. Erebus. Pelides. Thessalus
stirpis Achilleae Pyrrhi *Or. 808.* -eus *(i. Molossus) Or. 891*
rector Achivus *(Telamon) VIII 362*
(Adam)] *1, 329 ss.* * iuveni *375.* iuvenis *383. 387. 481.* primus homo *2, 249*
Admētus ... haedos numerabat *Phoebo VIII 210*
pulcher amatur Adon *II 120.* myrtus ... speciosi testis Adonis *Aegr. 27*
Aeacides *Peleus VII 17.* -es *Aiax VIII 157.* -es *Telamon VIII 291. 309* -dis ... Achillis *V 155* -em ... Achillem *VIII 192.* -em *Pyrrhum Or. 817*
censoris imago, Aeacus *IX 120.* -us *146. cf.* animarum iudicis *VIII 328.* quaesitor ... avus *IX 36*
Aeetes] ad aulam | Aeetis (aethios *cod.*) inmitis *X 59. cf.* tyranno *178. 328.* rec-

tor *322.* ducis *328.* Scytha *334.* soceri *337*
Aegaeum sulcare fretum *VIII 219.* Aegaeo ... pulsa caret *navis 432*
Aegisthus, -eus *v.* Egist-
Busiris ... Aegyptius *V 140*
Aemilius *v.* Dracontius
senatus et populi Aeneadum *V 110*
iuvenis *(filius)* ... Dionae Aeneas *VIII 241.* -as *586. IX 73.* amor -ae *3, 517 v.* Anchisiades. Cythereius
Aeolias ... domos *VII 140 Aeoli*
nec negat haec Ĕolus Veneri *VII 144; cf.* tyrannum *140*
Aesonides *Iason X 351.* -dī *289.* -dem *76*
simplex Affectus *X 264*
sortita est Africa dammas *1, 313*
Africanae ... urbi *Carthagini I 13*
Africus *ventus 2, 176. VIII 385*
regum rex, dux Agamemnon *Or. 25.* rex -nŏn erat *410.* -nis *307. 515. 845* -na *873. 875* -ne *188. cf.* parentis *7.* criminis ultorem *22.* thalami vindex *23.* tori genialis amator *24.* bellipotens ... princeps *27.* rex *28 et passim.* armipotens *104.* belligeri ... tyranni *173.* victorem *190.* heredem ... Thyestis *203.* rex ferus *210.* tyrannus *212.* belliger armipotens *250.* Asiae domitor *269.* *eversorem Asiae *275.* iuvenem *344.* Mycenaei ... vindicis *438.* optime rex *462.* dux *481.* praedo decennalis fraternique ultor amoris *507.* principis *719.* regnator Atrides *877 ad Tauros depulsus 45 ss. v.* Atrides. Penthesilea
ius Agamemnonium *Or. 425.* os -um *in Oreste 696.* -ia proles *553.* -ii ... triumphi *385.* -iam ... aulam *283.* -io regno *199.* spes ... -ias *Electram Orestem 290*
caput iuvenis *(filii)* mater gestabat *Agave X 551*
tristis Agenor *X 314*
terror *Agenoridum *(Carthaginiensium)* ... Regulus *3, 420*
sobolem ... Agenoriam *Europen VIII 561*
Cassandram pessimus Aiax *Oilei* invadet *VIII 143.* -x ... secundus *324.* trux irrevocabilis -x *Or. 711.* Danaum fortissimus -x *848* Telamonius -x *VIII 50.* -x *314. 364. 375. 378.* bellipotens ... -x *319.* -acis ... mater *290. v.* Aeacides. Hesione. Telamo
Alamannus Francus Alanus *V 35*
Alanus *V 35*
Alcestis *(gen.) Or. 440.* -am *VIII 209*
clarissimus ... Alcides *3, 211. II 99. Or. 847 Hercules.* -dis *II 65.* -dī *II 3. 149.* -dem *3, 416. II 100. IV 10*
Alcmenam *II 25*
parvus Alexander *Paris VIII 97.* -er *603.* -drum *VIII 30. 366. voc.* -der *225*
Allecto *X 482*
Lycastum zelat Amazon *II 119.* -zo Penthesilea *Or. 344*
Amor *II 91. 93. VI 20. VII 36. X 131. Aegr. 119. 199.* -r ...

ales *X 145.* pennatus -r *II 146. X 216. 240.* pueri...-ris *Aegr. 16.* -ris *40. 58. 270.* -ri *X 125. Aegr. 280.* -rem *X 61. voc. Aegr.*272. 282. 287.* mater Amorum *II 48. VII 10.* abiuret -res Cyprus *X 596.* puer, ales, deus *passim,* penniger *II 71. X 173.* volucer *II 80. X 113. 161.* aliger *VI 57.* flammiger *VIII 495. X 112. 176.* amoriferum *X 85. 276.* ignipotens *X 150. 209. 262* *v.* Cupido. Idalius. Pyrois

auguris Amphiarai *Or. 692.* -rae *3, 418*

Amyclas *VIII 30.* tacitas ...-as *439*

Anchisiades *Aeneas VIII 372*

Andromache *IX 38. 91. 151. Or. 748.* -es *IX 199.* -ae *Or. 864.* -en *VIII 154. cf.* coniux *IX 156.* uxor *177.* regina Phrygum *Or. 749*

Andromeda ... altera *Aegr. 229*

Anna *mater Samuelis 2, 674*

Ansila *victus a Vandalis sat. 214*

Antaeum ... Telluris alumnum *II 156*

Antenor *legatus Priami VIII 240. 260. 590*

Nestoris Antilochus *VIII 325*

Antiopam ... satyrus tenuit *Iuppiter Aegr. 47. cf. II 23* satyrus ... amet

in Aonio ... fonte *VIII 14*

sacerdos ... Apollineus *IX 102.* -um ... agmen *VI 11.* -i ... tripodis *3, 274*

Apollo *II 106. VII 18. VIII 206.* Thymbraeus -o *184. cf.* plectriferi...dei *X 285.* deo *Or. 42* *v.* Delphicus. Mithras. Phoebus. Sol. Titan

(Appius)] *v.* Claudius

Arcas *Mercurius 2, 590*

Arctoi ... axis *Scythiae X 172*

(Areopagus)] *v. Or. 880 ss.*

Argis *dat. VIII 338.* ab -is *X 598*

puppibus Argolicis *IX 66. Or. 28. 636.* moribus -is *Or. 166.* -os ... favores *321.* ad -as ... Mycenas *586.* ad -os *(subst.) 702*

(Ariadna)] *v.* Dictaeus

Arriana doctrina 2, 98 ss.

nominis Asdingui bella *Vandalorum sat. 22*

divitias Asiae *Or. 30.* -ae domitor *Agamemnon 269.* eversorem -ae **275 (Agamemnona). 899 (Pyrrhum); dat. 3, 230*

(Asterie)] *Iuppiter aquila II 23*

Astyanax *VIII 146. IX 222.* -acta *IX 39. 152. 163. 174. 193*

*Athamas miserandus *X 583*

Athenis *dat. Or. 287. 889. abl. X 599. Or. 592.* -as *Or. 33. 905. Aegr. 19* *v.* Cecropides. Cecropius. Minerva

culmen Athenaeum *Areopagus Or. 912.* -aei iuvenes *Orestes et Pylades 638.* -aeis ... sedibus *516*

regnator Atrides *Agamemno Or. 877.* -dem *4. 84. 213. 345. 352. 520. 579. 720. 726. 800. 874. 877* *Menelaus: VIII 585.* alter -des *Or. 196.* -dis *VIII 449.* -di *537* *Orestes:* -des *Or. 685. 809* -das *Or.*

355 Orestem et Electram. nutritor -dum *Dorylas 374*
Atropos ingens *VIII 203*
Attica vox *Homeri VIII 28*
Phrygius pastor . . . plangitur Attis *Aegr. 30*
montis Aventini *V 255*
legem . . . Averni *2, 546.* regnator -ni *X 446*
Caesar Augustus *sat. 180.* Commodus -us *M. Aurelius 188.* -sto . . . mense *IX 22* principis augusti *sat. 151*
aurora *1, 671. X 102.* -ae *1, 668. 2, 8.* -am **1, 206*

Babylonae (-nica *vel* -num *var.*) regna *sat. 31*
Babylonia *nom. 1, 320*
Baccha Lyaei . . . Agaue *X 550. plur.* -ae *VI 69. X 283.* -is *dat. VII 36*
Semeleie Bacche *X 587.* furit ex Baccho *Or. 846. v.* Bromius. Iacchus. Liber. Lyaeus
Bellona *VIII 147. Or. 388*
Blossius *v.* Dracontius
Bromius *Liber II 106.* -ius . . . Hymen *Liberi filius VI 17*
Brutus *Lucretiae ultor 3, 324.* -um *3, 393*
Busiris atrox *V 140*
Bybliades *VII 33. X 283*

Cadmus *X 574.* -i cognatus *Iuppiter VIII 562*
Caesar *divus Iulius sat. 175. V 207.* -ris *Aug. mens. 15*
Caesareos . . . per agros *Iudaeae 1, 324*
(Cain)] hominum . . . secundum *2, 304*
Calliope *voc. X 26.* o -pe *Aegr. 246. v.* Camena. Musa
(Callisto)] *II 24*
Camenae *dat. VIII 15*
Camillus *V 214*
Capaneia coniunx *Euadne 3, 507*
Carales . . . iri *in Sardiniam VII 139*
Carthago *V 109. 148 (cf. 3, 120).* almae -inis *V subscr.* moenia -inis *VI 80.* -inis hostis *3, 420.* tu testis, -o, manes *V 117. v.* Africanus. Dido. Elisaeus. Gargilianus. Maximianus. Poenus. Punicus. Tyrius
Cassandra . . . furibunda sacerdos *VIII 134.* infelix . . . -a *183.* -a *Or. 133. 512. 513. 747.* -ae *gen. Or. 653.* -ae *dat. VIII 88. Or. 512 v.* Iliacus. Phrygius
conicitur 'cui quidque bono' quod Cassius inquit *V 84*
Castalia *Perdicae mater]* -ae *dat. Aegr. 89.* -am *79.* mater *vel* parens *passim*
Pollucem Castor amavit *Or. 303.* amat -ora Pollux *302.* cum -ore Pollux *V 322*
Cecropidae proceres *Arei pagi Or. 905.* -das *534*
sodales indole Cecropia *Orestes et Pylades Athenis eruditi Or. 655.* -as . . . arces *Athenas Aegr. 22*
Centaurica lustra *VIII 323.*
Centaurorum . . . praedas *IX 109; cf.* biformes *VIII 322*
(Cerberus)] saevo . . . cani *X 414*
Ceres *(seges) 3, 30.* -rem . . . negat *Aegr. 136*
Seraphim Cherubimque *2, 208*
candidior *Chione *(abl.) Aegr. 231*
medicabilis . . . Chiron *IX 106*

Christus *1, 36. 2, 137. 549. 610. sat. 123. 181. 263.* -ti *1, 525. 2, 588. 3, 232.* -to *1, 581. 3, 228.* -tum *2, 60. 504. 510. 3, 642*
sacerdos Chrysēs Apollineus *IX 102*
Cinna cruentus *V 206*
pectore Cisseo *Hecubae VIII 164*
ne Claudius esset adulter *Appius V 257; cf. 3, 346*
leonis . . . Cleonaei *II 155; cf. IV 28*
Clōthō *VIII 203*
Solis amata . . . Clymene *II 55.* -ne (-na *cod.*) *116*
Clytaemestre *Or. 376.* -ae *dat. 36. 136.* -am *770.* -a *abl. 877 memoratur passim in Or., nota* thalamo *23.* ultio Dardanidum, captae solacia Troiae *138.* materna noverca *350.* truculenta virago *752.* *Danaeia mater *774*
Codrus *3, 274*
Colchis *terra X 171. 177.* -is *(gen.)* alumnus *44.* -is *Medea 391. 517*
Colchōs *acc. 3, 221. X 32. 282*
Commodus Augustus *sat. 188, videtur nominari loco M. Aureli patris*
Concordia *X 266*
ferus ille Creon *3, 271.* Menoecea Creontis *3, 261. cf. 263* pater orbatus. rex . . . Creon *X 367, Glauces pater ap. Drac. Thebanus pro Corinthio.* rector . . . Creon *521.* pater . . . Creon *553.* virgo Creontis *422.* tecta -tis *476.* regem . . . -ta *427. cf.* rex *369. 386. 506.* rector Thebanus *374.* senior *379.* tyrannus *380. 521.* locastae frater et heres *450*
(Creusa)] *v.* Glauce
Creta *VIII 441. X 593 v.* Gnossius
ignes . . . Cupidineos *X 148*
Cupido *2, 591. II 120.* flammipotens . . . -o *VI 5.* -o *VI 16. VII 68. X 122. Aegr. 24. 78. 112. 115. 191. 200. 290.* -inis *Aegr. 36. voc.* -o *VI 44. X 218. Aegr. 5. 212. 258 v.* Amor
*Curtius *3, 409*
Cybeben *Aegr. 29*
Cynthia *(fere* quintia *trad.) bis sat. 239. 2, 347. X 390. voc.* -a *X 190. v.* Luna
Cypris *Venus VI 72. 78. VII 10. 145. X 119. 158. voc.* -is *X 61. ros. 9 v.* Venus
insula Cypros *VIII 437. X 597.* -i *VIII 510.* -um *429.* ad -um *VIII 460. 505. 573.* -o *VIII 427. 435*
cum duce Persarum Cyro *3, 502; cf.* regnum *Or. 427*
alta Cythera *insula VIII 438.* alma -re *Venus VI 80.* -re *X 84.* sacra -ae *VIII 436.* -en *IX 75. X 49 v.* Venus
Cytherea *Venus VI 90. Or. 333. ros. 11.* -eae *VII 71*
Cythereus *Aeneas VIII 364*

Danaen *Aegr. 45.* ditior . . . -ae *(abl.) Aegr. 230. cf. II 22. X 74*
*Danaeia mater *Clytaemestra Or. 774.* Danaeia *festa *Danaidum 969*
Danai *VIII 126. 128. Or. 799.* Danaum *3, 257. Or. 55. 134. 310. 347. 378. 384. 589. 848.*

911. Danais *VIII 146. IX 100. 231. Or. 34. 546.* Danaos *VII 114 (Byzanti?). IX 65. Or. 203. 467. 819* Danaae ... urbis *Mycenarum Or. 112*
Danīēlem *3, 188*
Phoebi Daphne *Aegr. 26.* -en *VII 19*
Dardanides Priamus *VIII 265.* -des *plur. Troiani IX 221.* -dum *VIII 18. Or. 138.* -dis **IX 64. v.* Troia, -anus
Dardanias clades *Or. 134*
pastor Dardanus *Paris VIII 433.* -na classis *246.* gens -na *336.* -na castra *Or. 632*
Davĭd *2, 664. sat. 158*
blanda Deidamia *IX 200; cf.* coniugis *197*
Deiopea *nympha II 131*
Delia *Diana Or. 95*
Delos *X 594*
potestas Delphica *Apollo VI 5.* -ca ... cortina *Or. 273*
Diana *X 154. 300. 326.* -nae *3, 217. V 139. X 10. 64. 177. 185. 235. 277. Or. 73. 104. 194. 867.* -nae *Or. 47. voc.* Luna -na *X 188.* -nā *Or. 81. cf.* crudelis virginis *3, 221.* deae *X 288. Or. 49 v.* Delia. Latona. Letoia. Luna. Phoebe. Titania. Trivia
Dictaeae ... puellae *VII 20*
dives Didŏ fugax *3, 512. v.* Elissaeus
Diomedis *gen. IX 69. v.* Oenides. Tydides
Diomedeos gressus *Or. 631*
Dionaeae matris *VIII 515 Veneris*
Dione *Venus VI 12. VII 138. X 81. 144.* -nae *VI 104. VII 36. 63. VIII 240. 435. 498.* -nes *trad. X 590.* -nen *VIII 471. X 597.* -ne *abl. VI 21. VII 153*
Dirce *abl. Aegr. 231*
Ditis *gen. VIII 465. X 191. cf.* inferni ... raptoris *VIII 477.* inferni ... dei *IX 119. v.* Pluto
Dorica castra *VIII 127.* -ca regna *228*
*Dorylas libertus Atridis et pueri nutritor erat ... Orestis *Or. 352. 640. cf. 460. 663*
Blossius (Blosus *vel* Bloxus *floril. Veron.*) Emilius Dracontius vir clarissimus et togatus fori proconsulis almae Karthaginis apud proconsulem Paci-de[g]ium *V subscr. discipulus Feliciani grammatici (I. III), a quo praecipue artem poeticam didicit (III 17), iuris peritus et togatus (V subscr.; 3, 630. 654. VII 123), satis dives (3, 600. 605. 724), pater familias (3, 747. sat. 283), carmine ad alienum principem (Zenonem?), quem quasi suum adulatus erat (sat. 94), dato (sat. 21 ss. 105. VII 70) offendit Gunthamundum Vandalorum regem (a. 484—496), quem acrius etiam exasperabat delator aliquis (VII 123 ss.), vinculis fame (3, 652. 666) tormentis verberibus (3, 651) affectus carmine attractam cladem carminibus (laud. dei, sat.) sarcire studebat, frustra, donec incitatis amicis (VII 134 ss.), maxime sequestre Victore, ut videtur (VI 36 ss.) liberatus est. vidit carmineque celebravit etiam Thrasamundum regem, qui a. 496*

Gunthamundo successit (cf. p. 237) — de carminum titulis cf. subscriptiones, praeterea Blosus in Romulea *affert floril. Veron. ceterum vide Pauly-Wissowae encyclop. real. V p. 1635 ss.*
Dryades *VII 34*

corpus Ĕgisteum *Or. 550*
Ĕgistus *(semper prima brevi) Or. 161. 310. 376. 411. 700. 705.* alter -us *897.* -ti *35. 619. 757. 770.* -to *204. 577.* -tum *257. 802.* -te *139 v.* criminis auctor *22.* adulter, moechus, pastor *sim. passim,* cultor agelli aut desertor iners, ovium pecorumque magister *275.* homicida et adulter *305.* vitricus hostis *362.* verbero plectibilis *426.* Parcarum crimina *453.* nefas *538. 719. 734*
Electra *Or. 286. cf. 40.* sexus iners recidens miseranda *195.* Pelopeia virgo *284.* Atridas *355. 370.* pignoribus Danaum *378. 393. 960*
hostis Elisaeus *Carthaginiensis 3, 432.* urbis -aeae *513. cf.* Dido
Elysios *campos 2, 744*
Emathia *abl. VIII 321. v.* Thessalia
(Endymio)] *v. X 146. 327*
crudelis Enyo *Or. 498. 785*
Ĕous *accola orientis VIII 46.* Ĕoum *X 103*
tertia sors Erebi *1, 69.* pallida gens -bi *3, 414.* -bi gens clara mei ... Achilles *IX 125.* rex -bi *Pluton X 436*
crudelis Erictho *V 130*
Erinys *Or. 785*
? Eriphyle *falso trad. Or. 691.* perfida uxor *3, 418*
(Esau)] maior ... germanus *3, 148*
Eteoclĕs *X 585*
casta ... Euadne *3, 507.* -en *Or. 442*
Europae *puellae X 315.* -pam *VIII 558.* -ae *terrae 3, 231*
Ezechias *rex 2, 672*

Fabiani sanguinis *VII 2; gens Fabia Africana, ut videtur; v.* Optatianus
Faunis *dat. VII 35*
praefatio Dracontii discipuli ad grammaticum Felicianum *I, similiter III; cf.* sancte pater, o magister ... qui fugatas Africanae reddis urbi litteras *I 12 et III 15. 19*
Feretes *v.* Pher-
Fortuna *voc. Aegr. 288*
Alamannus Francus Alanus *V 35*
Furiae *X 458. 539. 542. 571. Or. 488.* -arum regna *Thebae 3, 263.* -iis *Or. 497.* -ias *II 120. X 435. 448. 457. cf.* anguicomae ... deae *X 439.* sorores *X 448. 465. Or. 10. v. etiam* Allecto. Megaera. Tesiphone
Furor *X 563.* saeve Furor *570.* precibus servire ... -res *529*

(Gaea)] unde genus ducis *o Achilles IX 229. v.* Tellus
Galatea *II 34. VII 151*
Gallis *dat. V 217*
Troius ille puer Ganymedes, conditor artis *auguralis VIII 479. cf. II 23*
in *Gargilianis thermis *Car-*

thagine V subscr., notae ex actis conciliorum, v. Mon. Germ. auct. ant. XIV p. 302
(Gensericus) *rex Vandalorum]* avi *sat. 51; cf. etiam 299*
Glauce *X 369. 447.* -cae *dat. 494.* -en *426.* de paelice -ce *Or. 431.* fulgentior -ce *(abl.) Aegr. 230 cf.* virgo *(i. filia)* Creontis *X 422. 508.* noverca *552*
Gloria bellorum ... armipotens *sat. 199*
Gnossius ... Rhadamanthus *IX 133*
impia Gorgon *IV 44.* -one *X 599*
Sarmata Persa Gothus *V 35*
Graecia *VIII 45. 125. 339. Or. 437. 783*
(Graecus) *v.* Graiugena. Graius. Danaus. Doricus. Pelasgus
Graiugenum famam *Or. 973.* -nis *VIII 281.*
Graia iuventus *VIII 316. 545.* -am ... puppim *X 36.* Graium ... cruore *IX 63.* Graios *VIII 295*
Gratia *VI 62. VII 42. X 266*
ad Gunthamundum regem Guandalorum *(regn. 484-496) sat. subscr. ad eum verba non fiunt in laudibus dei (ne 3, 678 quidem), passim in sat., v. v. 24. 41. 49. 107. 109. 110. 114. 117. 121 ss. 147. 194. 214. 266. 299. 309; cf. etiam VII 127. 131*

? (Haemon) *Creontis filius v. X 376 cum nota*
Hannibal *3, 441.* -alis *V 210*
Harmoniam *X 591*
Hector *VIII 83. 92. 140. 212. 624. IX 37. 85. 104. 138. 142. 144. 181. 203. 216.* -oris *IX tit. 50. 163.* -ora *3, 391. VIII 128. IX 55. 64. 76. 156. 162. 174. 189. Or. 712. 748.* -ore *VIII 239. 605. IX 37 subscr. Or. 703*
Hectoreum ... cadaver *VIII 139. IX 78.* funeris ... -rei *VIII 142. IX 44.* -reo ... auro *IX 225.* carnibus -reis *IX 165.* -reos ... agros *Or. 75.* -reos ... furores *Or. 424*
Hēcuba *(semper* Ec- *in cod.) VIII 145. 620. IX 170. 208. voc.: VIII 96. cf.* reginam *VIII 86.* mater *88. 649. IX 58.* pectore Cisseo *VIII 164*
Hēlena *VIII 440.* de raptu -nae *VIII tit.* Hĕlenam *Or. 469; cf. VIII 147. 229. 463. 465. 499. 512. 513. 516 ss. 527.* rapinam *544. 545. 557.* thalamos *575. 585. 621. 638. 640 et v.* Lacaena. Ledaeus. Spartana. Tyndaris
Helenus *VIII 119. 181. 189.* -ni *608.* -num *88. cf.* sacerdos *187*
Herculis *gen. II 147. IV tit. IV 12. VIII 79. 603. v.* Alcides. Tirynthius
Herculea ... voce *II 143.* -os ... furores *1, 73.* -os comites *VIII 294.* -as spes *II 150*
Hermione ... de virgine *Orestis sponsa Or. 807*
Hesione *VIII 52. 333. 367.* -nem *227. 270. cf. VIII 272. 274. 277. 280. 283.* conubium regni *288.* Aiacis ... mater *290. 313. 315. 331. 333.* praeda *334. 339*
vicit Hiberos *Scipio V 209*
Hiob *dat. 3, 687*

Hippocrates *Aegr. 152. 171* (yppogras *cod.*)
Hippolytus *II 104*
Hister *v.* Ister
Holōfernem *3, 480*
sensus Homeri *VIII 16.* te, grandis -re *12. v.* Atticus
Hyacinthus *II 136*
Hylas *(semper* Yl- *cod.) II tit. II 95. 109. 117. 123. 129. 145.* -lae *I tit. II subscr.* -an *II 100. 142. 148. cf. II 3. 65. 149 et v.* Menodice
Hymen *VI 17. X 263*
Hymenaeus *X 87. 162.* iungant ... -os *VII 33.* -os iungere *Aegr. 180*
Hyrcanae ... tigres *VIII 577.* montibus -is *1, 311*

*Iacche *voc. X 589. v.* Liber
(Iacob)] germanus ... minor *3, 149*
Ianuarius *mens. 1 tit.*
terror Iarbae *3, 517*
Iason (i *vocalis praeter X 426;* -ŏn *X 42. 254. 267, alibi in sexto pede*) *II 105. X 19. 34. 42. 56. 179. 198. 217. 238. 254. 267. 338. 342. 367. 379. 418. 424. 478. 553. voc.* -on *350.* -one *426. in eodem carmine passim* iuvenis, nauta, pirata. Medeae ... amorem *329. v.* Aesonides
arbiter Idae *VIII 31*. 221.* in Ida *64. 97.* ab Ida *II 104. VIII 117*
iudicis Idaei *VIII 39*
nemus Idalium *VIII 438.* carminis -lii *epithalamii VII 1.* -liae volucres *VI 91. VIII 464.* -lias columbas *X 164.* ignibus -liis *II 150. VIII 495 subst.* -lium *acc. X 597*
-lius penniger *Amor II 4. X 280.* puer -lius *VII 48. X 110.* aliger -lius *X 90*
(Ilia)] Vesticolae ... virginis *VII 22*
Iliacus ... pastor *Paris VIII 34.* -cae ... gentis *IX 93.* coniugis -cae *Cassandrae Or. 4.* -co ... regno *VIII 267.* -cis ... mentibus *292.* -cos proceres *235.* -cos ... campos *Or. 371.* -cas ... puppes *VIII 218.* -cas ... ruinas *282.* -cas ... carinas *596.* -cas ... nurus *Or. 29*
Ilias ... Cassandra *Or. 747.* -ades *3, 391*
Ilios ingens victa iacet *VIII 296*
Inachius vindex Agamemnonis *Or. 845*
India mundus erat *(tam dives quam I.) 1, 178.* -ia *1, 307. 318*
Liber ... Indus *VII 19. X 320.* ab Indis *X 272*
Iob *v.* Hiob
Iocasta *X 584.* -ae *3, 271. X 450 v.* matris *Aegr. 126*
pater ... Iohannis *baptistae 2, 686. sat. 39.* — epithalamium Ioannis et Vitulae *VII tit.* per vota -is *VII 7 Caralitani (VII 139). cf.* Sardoas ... herbas *VII 47.* gente togati *116*
Iona *nom. 3, 639. v.* propheta *637*
in Ionium *mare VIII 431*
Īphigēnĭa *Or. 874.* Īphigĕnĭam *52. cf.* melior germana sacerdos *12 et 57. 60. 66. 78.* turis alumna *i. ministra 83. 194. 870. 879 cf. 960*

Īsāc *3, 128. 144.* Īsac *160 cf. 2, 645. 3, 102. 111. 115. 150. 168*
Isrăhēlītarum *2, 171. sat. 97*
gelidum ... Istrum *X 57*
Iudă miser *2, 567*
Iudaea de gente *2, 578.* -a *terra 2, 509*
Iudĭth *3, 480*
Iuno (o *anceps*) *2, 591. IV 6. 13. 21. VII 61. VIII 166. 229. X 49. 82. 135. 141. 268. 598.* -nis *IV 27.* -ni *Or. 32.* -ne *VIII 36 cf.* fera ... noverca *II 158.* matrona Tonantis *X 55. 81*
Iuppiter *2, 590.* -er alter *II 42. IV 1. VIII 535. 558. X 374. Or. 243. Aegr. 44.* Iovis *V 243. VIII 440. X 81.* Iovi *VIII 82.* Iovem *167.* pro Iuppiter *Or. 367.* Iove *Aegr. 217* dominum caeli *II 20.* alme parens *IV 9.* iuvenci ... dei *VIII 557.* fulmineus vector *560 catalogus amorum: II 24. Aegr. 3. 44 ss. v.* Tonans
(Iuvenalis)] sententia prisca est *(seq. Iuv. 8, 83) 3, 87*

Karthago *v.* Carthago

Lacaena *Helena VIII 445. 490. 494. 505. 565. IX 62. Or. 200. 468.* -nae *VIII 1. 125.* -nam *Or. 200*
Lachesis *VIII 203. X 375. Or. 342*
Laertius heros *Or. 637 Vlixes*
Lăocon *VIII 181.* -onta *V 285*
altera Laodamia *Aegr. 229*
(Laomedon)] avari *VIII 186.* avus *315.* soceri *316*
Laomedontiades(laum-*cod.*) *Priamus VIII 81.* -das(leom-*cod.*) *IX 224*
(Lapithae)] inferna fames *Or. 856*
Latialis ... aulae *VII 113. v.* Optatianus.
lingua Latina *VIII 28*
Latonia *II 24*
Lazarus *2, 132*
Ledam *Aegr. 46; cf. II 24*
Ledaea ... propago *Helena VIII 653.* -aei partus *497*
Lemniades *Or. 432.* -dum *969.*
Lemno *dat. X 598*
ausa Leonīdae *3, 279*
*Letoia Phoebe *Or. 86*
Liber *VI 67. VII 19. X 272. 321. 327. v.* Bacchus. Bromius. Iacchus. Lyaeus. Semeleius
domitor Libyae ... Scipio *V 208*
Libycas ... harenas *3, 296*
Loth *2, 429. sat. 286*
Lucifer *1, 668. 2, 8. 552. sat. 88. X 470.* -rum *1, 422.* -ro *1, 667*
Lucretia *3, 519. cf.* castae *328*
Luna *X 146. 148.* -a Diana *188. 431. 539. 540.* -nae *mens. 13.* -nam *X 395 v.* Cynthia. Diana
Lyaei *X 550. Aegr. 76*. v.* Liber
*Lȳcastum zelat Amazon *II 129*
senior Lycomedes *IX 197. X 331*
male sobrius ... Lycurgus *Or. 846*

Maleas *promunturium VIII 247*

Marius *V 206; cf. 214*
Mars *2, 590. VI 17. VII 21.* Martis *sat. 207. VI 14. VII 78. VIII 477. IX 61. X 362. 576. ros. 1.* Marti *V 242.* Martem *Or. 333. ros. 9.* Marte *3, 484. II 57*
Martius accipiter *VIII 469.* -ius *mensis mens. 5 tit.* -tia tela *sat. 226. V 27.* -tia ... classica *Or. 27.* -tia iura *mens. 5*
Massyla fames *ferae 1, 282.* -lum *leonem 3, 194*
*Maurus *victus regnante Gunthamundo sat. 214.* Maurus *qui Mauris iaculis pugnat IV 30*
Neptuni ... domos ... Maximianas *thermas Carthaginienses VI 97; v. Prosp. chron. min. I p. 446 n. 959 (a. 300)*
Medea *X 6. 136. 150. 180. 184. 213. 219. 289. 339. 341. 357. 383. 389. 416. 462. 484. 494. 552. Or. 429.* -ae *X 329.* -am *144. 350.* -a *voc. 227. cf.* virginis atrae *X 1.* reae ... puellae *3.* virago *12. 252.* filia regis *76.* virgo cruenta *152. 195.* antistita Phoebes *228.* sacerdos *242. 267. 433.* egregiam ... iugalem *294.* magam *343. 469. 496.* nepti *Solis 504. 568; cf. 538.* noverca *547* *mimus: Medea amatrix X 16—19, tragoedia: Medea necatrix λ 20—25* *v.* Colchis. Scythica
artis †medicinae *Aegr. 139.* -nae munera *173.* quid, -na, taces *155*
Medus *IX 79; cf. Herodot. 1, 140*
Medusae *dat. 3, 302. cf. Ov. met. 4, 617 ss.*
Megaera *X 481.* -rā *abl. Or. 847*
augur cretus de gente Melampi *VIII 459*
Meleagrum *VIII 604*
Melpomene *X 21.* -ne *voc. Or. 13*
Memnone belligero *VIII 47*
Menelaus *VIII 526. cf.* maritus *571.* amens *574. v.* Atrides
(Menodice)] *Hylae mater II 159 ss.*
Menoecēa Creontis Statius ostendit *3, 261*
(Mercurius)] *v.* Arcas
Mermerus ... et Pheretes *Medeae filii X 531*
Minerva *IV 41. VII 62. VIII 166.* -vae *V 243. VIII 77. Or. 944. Aegr. 87.* -vae *dat. VIII 38. 82.* -vā *Or. 890* *cf.* virgo *VIII 36 et* Pallas
Minervales ... Athenas *Or. 33*
Mĭnos *IX 133*
Minturnas *V 214*
Sol Persice Mithra *X 538; cf.* o ... Titan *503; de re cf. Mon. Germ. auct. antiq. XIV p. 306 s. v.*
Andromachae soboles Pyrrhique Molossus *Or. 864.* -um *887. v.* Achillēus *canis:* molossi *sat. 43.* -sso *I 9.* -ssos *1, 279. 2, 285*
Mors *VIII 627. X 571.* regnum Mortis *X 437.* classica Mortis *Or. 699.* Morte cruenta *IX 103.* Mortes *VIII 156*
Mosēo ... prophetae *sat. 17.* -sēo principe gentis *2, 167*
Musa *VI 16.* -a *voc. II 2. Or.*

350. Aegr. 249. -sis *VI 11. v.* Calliope. Melpomene. Polyhymnia
uterque Musăgenes *Homerus et Vergilius VIII 23*
chelys Musea *I 11.* -seo pectine *VII 31*
Mycenis *dat. Or. 46. 781.* -nas *98. 586. 638. 664. 961.* salvete -nae *687 cf.* Thebis vicina ... moenia *491 falso*
Mycenaea ... scaena *Or. 972.* -aei vindicis *438.* -aeas ... oras *109*
altera Myrrha *II 41*
myrtus Paphies *Aegr. 27.* Veneris ... -us *VIII 618.* -to *VI 6. VII 8*

(Nabuchodonosor)] *3, 184. 718. sat. 31. 35. v.* Persa
(Naim)] *vicus: 2, 130*
imago Năīdis *II 81.* Năīdăs *VII 35*
cum Napaeis *VII 34*
noster Narcissus *alumnus *II 136.* -us *Aegr. 34*
Neoptolemus *V 158 v.* Pyrrhus
Neptunus *II 31.* -ni ... domos *thermas VI 97.* -um *VII 152*
Nereidum ... choro *VII 147*
Nerone *3, 235*
Nestoris Antilochus *VIII 325*
Nilus *mens. 14*
populo ... Ninīve *(gen.) 3, 633*
*Nīno ... marito *3, 496*
Nōē *nom. 2, 433.* ad tempora Nōe *2, 369*
Nox *bis Aegr. 117.* seu Veneris pars es tu seu Venus, aut Venus in te est *120*
Nūmantini *3, 454*
nympha *1, 394. II 122.* -ae *i. Thetidis VII 17.* -ae *plur. II 100. 128.* -arum *3, 392. II 1. 53. 68.* -is *II 55. 90. 111. VII 33.* -as *II 56.* o... -ae *102.* cum ... -is *VII 146*

? Octavianus *v.* Optatianus
Oedipŭs *3, 270*. X 584.* Oedipodem *Aegr. 126*
fortior Oenides *Diomedes Or. 637*
Oenone *II 119*. VIII 63*
Olympiaca ... fronte *VIII 559*
Olympi *IV 1.* -po *38.* -pum *X 73*
pontifices sacri Statulenius Optatianus (optau- *cod.*) ... unus erat Latialis mysticus aulae, alter apud Danaos sacrata mente dicatus *VII 109. cf.* emerito ... auspice *VII 6*
Oreadas *VII 35*
Orestes (-stēs *708*) *Or. 147. 151. 193. 516. 665. 673. 708. 732. 780. 876. 910. 945. 956.* -stis tragoedia *tit.*, -stis *353. 360. 460. 600. 639. 815. 939. 948.* -sti *37. 626. 698,* -sten *an* -stem *in sexto pede incertum: 8. 285. 309. 582. 643. 865. 888. 893 cf.* insontem ... rèum *10.* natus *passim,* pignora *245. 289. 312. 378.* germanum *286.* spes Agamemnonias *290.* pueros *351. 370. 740.* mollior aetas *370.* proles *393. 553. 753.* iuvenes *527. 589. 641. 665. 823.* adulterii vindex, pius ultor *545.* iuventutis melior spes *605.* Athenaei iuvenes *638.* sodales indole Cecropia *654.* ultorem patris *814.* crudelior ... impie *830.* Inachius vin-

dex Agamemnonis heres *845.* amicum *853. 959 cf. 291 ss.* miser *873.* vitiata mente furentem *884* *v.* Atrides
Orphĕum vatem *I 1.* Orphĕus *11*

apud proconsulem Pacide-[g]ium *iure dicundo Carthagine V subscr.*
miser ... Palaemon *X 583*
Palamedes *VIII 325*
Palladium *Troiae VIII 77*
Pallas ... virgo ferox *II 28. X 599.* -dos *VI 13.* *v.* Minerva
Pan *VI 69. VII 37*
Paphiae ... furorem *Aegr. 9.* myrtus Paphies *(an* -iae*?) 27. voc.* Paphie *264* *v.* Venus
Paphŏn *VIII 439*
Parcarum *Or. 342. 453*
Paris *VIII 40. 68. 398. 447. 470. 544. Or. 952.* Paridis *II 60. VIII 11. 106. 115. 368. Or. 468.* Paridem *II 119. VIII 588.* Parin *VIII 443. 606. IX 56. voc.* Paris *VIII 233* pastor ab Ida *II 104.* Troiani praedonis *VIII 1.* hostem hospitis *3.* caelicolum praetor ... arbiter Idae *31. 221.* Iliacus pastor *34.* pastor *passim.* gener Tonantis *148.* raptoris *158. 563.* infausto iuveni *161.* sacrilegi *167.* Troiana iuventus *251.* perfidus hospes *507.* rex dilecte *553.* tyranni *556*
omnis Parthicus *3, 187.* post -ca regna *Nabuchodonosor sat. 35*
(Pasiphae)] *II 43* regis ... coniux
Pătróclus *IX 146.* Pătróclus *Or. 535.* -cli *IX 77 tit.* Pátroclo *VIII 323.* *v.* carior ille sodalis *IX 224*
Paulus *apostolus 2, 580.* -lo *3, 233*
Pegasĕo de fonte *X 29*
iuvenem ... Pelasgum *X 141.* -um *gen. plur. VIII 294. 366. 652. IX 144. Or. 137. 749.* -is *IX 100. X 356. Or. 974.* -os *VIII 17.* castra -ga *Or. 45. cf.* Graecus. Graius
genitor Peleus *IX 196.* fratris *VIII 321.* parentis *IX 195* *v.* Aeacides
Pelidi *IX 76.* *v.* Achilles
Pelopeia virgo *Electra Or. 284*
Penēi *II 54. 102*
Amazo Penthesilea *Or. 345*
(Pentheus)] *v.* Agaue
Perdīca *II 41. Aegr. 63. 66. 100. 234. 290.* -cae *Aegr. tit. et 205.* -cae *dat. 79.* -cam *112. 130. voc.* -ca *19. 48. 72. 104. 191. 199. 271* *v.* iuvenis *6. 81. 92. 134. 143. 219.* natus *88 90. 176. 178. 220*
Pergama *nom. VIII 67. 165. 326. IX 76. acc.* -ma *VIII 18. 78. 127. 150. 185. 189. 271. IX 65. Or. 28. 277. 425. 625.* *v.* Troia
Persa tyrannus *Nabuchodonosor 3, 184.* Sarmata -a Gothus *V 35.* duce -arum Cyro *3, 502.* -arum rector *718.* -arum regem Babylonae regna tenentem *Nabuchodonosor sat. 31.* Persis *3, 294.* ad Persas *IX 80* *cf.* Medus
Persephone *voc. X 144.* *v.* Proserpina
Persica nobilitas *1, 321.* Sol *Persice Mithra *X 538*

Petrus *apostolus 2,773. 3,222*
altera Phaedra *II 44*
Phalaris *V 138*
Pharaonis *sat. 18*
Mermerus . . . et *Pheretes *Medeae filii X 532*
ara Philaenorum *3,296*
philomela *Aegr. 38*
Letoia Phoebe *Or. 86.* antistita -es *Medea X 228. v.* Diana
Phoebus *V 328. VI 16. VIII 369. IX 30. 100. X 91. 340. 402. 568.* -bi *X 4.* -bi Daphne *Aegr. 26.* -bum *VIII 211.* -bo candente *467*
sub Phoenĭce tellus *1,326. avis:* -ix, sola genus *X 104.* -nĭcis *1,653. V 116*
Phorcique clientes . . . cete *VII 147*
Phrixēi velleris aurum *2,456. X 32*
Phrygis . . . gentis *VIII 297.* -es *VIII 187. 651.* -um *Or. 754.* -ibus *VIII 184. 283. 363. 552. IX 52. Or. 369.* captivos . . . -es *Or. 114 v.* Troia. Troiani
*Phrygius . . . carbunculus *1, 322.* Phrygius pastor *Attis Aegr. 29.* -iae . . . vatis *Cassandrae Or. 754.* -io . . . decore *VIII 487.* -os . . . ignes *IX 66*
pinus *Aegr. 28*
Pirithous *Or. 536*
Pluton *II 121. X 539 v.* tertius heres *X 407.* terribilis tyranni *410.* infernum . . . regem . . . barathri *434.* impie rex Erebi *436.* regnator Averni *446.* noctis rex *542 v.* Dis. Erebus. Tartarus
*Poenorum *Carthaginiensium 3,424*
Polites *VIII 631. 637.* -en *V 156.* -te *VIII 84*
Polles, cui penna loquax dat nosse futura *VIII 480*
Pollux *V 322. Or. 302* -ucem *Or. 303*
Polydāmās *VIII 240. 327*
Polyhymnia *X 17*
Polynicēs *X 586.* -cis *585*
virgo Polyxēne *IX 40 cf.* virgo *Or. 480. 625*
(Porsena)] ducis *3,400*
Priameia fata *Or. 282*
Priamus *VIII 79. 211. 265. IX 171. 222.* -mi *V 156. VIII 95. 294. 311. 368. 557. IX 194. Or. 176.* -mo *VIII 52. 299. 378. 587. 590. IX 148. 163.* -mum *VIII 21. 151. 163. 622.* -mo *VIII 277. 280. 620 cf.* rex *et* pater *passim.* optime Troiugenum *VIII 231.* senior *232.* ductor *271.* ducis *274 597.* rector *284.* frater *331.* genitor *588. 612.* socero *IX 151. 159.* avus *168 v.* Laomedontiades
Proserpina *X 189. 539. cf.* sit *Iuppiter* serpens *II 24 v.* Persephone
praedicit *Psyllus vim cuiuscunque veneni *1, 515*
casta Pudicitia *VI 64. VII 43*
Pudor *Aegr. 197. 199. 201.* -rem *218*
legatio Punica *Regulus 3,419*
Pyladēs (*semper* Pylād-) *Or. 291. 517. 666. 698. 710. 865. 959.* -dēs *751.* -dis *150. 626. 756. 853.* -den *743.* -de *535 multa de eius cum Oreste amicitia 292 ss.* sodali *553.*

'frater' *557.* amicus *580. 809.* Athenaei iuvenes *638*
Pyrois *X 127. v.* Amor
Pyrrhus *Achillis filius V 155. VIII 133. 149. Or. 622. 897. 934. 954.* -i *IX 193. Or. 808. 864.* -um *X 322. Or. 748.* -o *VIII 21*

gentisque Quirini *3, 257.* -um *VII 23*

Regulus *3, 421*
Gnossius ... Rhadamanthus *IX 134*
(Rhea Silvia)] *v.* Ilia.
Risus *VI 60. X 163*
Roma *3, 232.* -am *3, 331 v.* Vrbs
Romanus *3, 322. 407. sat. 183.* -na *3, 147. 401. 419. V 108.* -ni *3, 456.* -nae **3, 442. V 211.* -na in saecla *VII 23 subst.* -orum *V 217 v.* Quirinus. Troianus *(VIII 193. 196)*
Romula tecta *Vrbem V 215*
Romulea *carm. min. tit.* -am ... linguam *III 17*
Romulīdas *acc. I 14*
(Romulus)] conditor Vrbis *2, 306. v.* Quirinus
Rufĭnianus *Victoris f. VI 103*

Saguntum *acc. 3, 439*
Salamina *VIII 248*
Salmonea *3, 239*
Sălŏmon *sat. 161. 167*
Sardorum ... sacra *V 144 (cf. 146).* -orum littora *Carales VII 143*
Sardoas ... herbas *VII 47; v. Mon. Germ. auct. antiq. XIV p. 309*
Sarmata Persa Gothus *V 35*
Sarra *Tobiae uxor 2, 659. Abrahae uxor:* femina *2, 633*
Saturnus *2, 590. 3, 118.* -no *V 150, cf. VIII 169*
Satyrus *Iuppiter II 24. Aegr. 3. 47* Satyris *VII 33*
Scaeae ... portae *VIII 74*
Scaevola *3, 397*
Scipio *V 208*
Scytha *Colchus X 36.* -a *Aeetes 334*
Scythiam *Colchos X 281*
*Scythicae Tamyris *3, 501.* -ae *(Colchicae)* ... Dianae *X 10.* -am *(Dianam) 151.* -am *(Medeam) 276.* *-ae ... nurus *Tamyris Medea Lemniades Or. 435.* *-as ... paludes *3, 321.* -as ... catenas *Colchicas X 50.* -as glacies *Colchidos 171*
(Semele)] mater *Bacchi X 590. cf. V 322*
Semeleie Bacche *X 587.* -eia ... agmina *282*
(Semiramis)] femina prima ducum Nino viduata marito *3, 496*
Seraphim Cherubimque *2, 208*
Sericus *subst. i. q. clavus purpureus VIII 617. X 160. 258.* -ca tenuis *3, 59.* stamina ... -ca *Or. 50*
murice Serrano *VIII 205*
Serus *1, 323*
Abydon et Sestos *VIII 247*
Silenus *VII 38.* -no *VI 70*
Simois *VIII 75*
Sīmona *magum 3, 235*
Lucifer ... Sirius *sat. 88*
*rosulis Sitifensibus *VII 47*
ex Sodomis *sat. 286*
Sol ... avus, Sol Persice Mithra *X 538. 540.* Solis amata ... Clymene *II 55. X 148.* atria

Solis *mens. 15.* indice Sole *II 56 v.* Phoebus. Titan
Soporem *X 361*
Spartana *Helena VIII 444. 551*
Statius *(Theb. 10, 756 ss.) 3, 262*
Statulenius *VII 109. v.* Optatianus
Stēphanus *sat. 171.* Stĕphano *2, 582*
Tydides Sthenelusque *VIII 324*
Sŭevus *V 34*
Sylla ferus *V 206*

*Tabitha *2, 766*
Tamyris regina Getarum *Or. 427.* Scythicae -ris *3, 501*
(Sex. Tarquinius)] adulter *3, 328 L. rex:* tyranni *3, 330*
Tartareo...de gurgite *X 480.* sorores -eae *449.* -is ... tenebris *Or. 492.* -eas ... tenebras *3, 413.* -eas ... fauces *Or. 484*
Tartarus infelix *2, 541.* -ra *nom. plur. IX 228.* -ra *acc. 2, 744. 3, 642. [X 590]*
Taurica ... ara *Dianae 3, 221. V 139.* -ca ... ad litora *Or. 45*
Telamon *VIII 254. 285.* -onis *587.* -ona *226.* -on *voc. 262. 279.* -one satus *VIII 48. IX 67 cf.* belliger. armipotens, animarum iudicis heres *VIII 328.* rector Achivus *362 v.* Aeacides
Telamonius Aiax *VIII 50.* -ia regna *248*
Antaeum ... Telluris alumnum *II 156. v.* Gaea
Tenedon *VIII 246*
*Teresias *Or. 953*
Tereus *Aegr. 4*
Tesiphone *X 481*
Teucer *VIII 325.* -cri ... sagittas *IX 68*
Thebae *X 591.* -bis *dat. 573. Or. 491.* -bis *loc. *V 322. X 449. 588.* ad -bas *366 cf.* furiarum regna *3, 263*
rector Thebanus *Creon X 374.* -na de stirpe *590.* -nos ... muros *3, 264.* -nis ignibus *Or. 442*
Thesea *VIII 604. Or. 536*
Thessalus heros *Achilles VIII 47. Or. 480*
Thetin *II 34 cf.* nymphae *VII 17.* matrem ... ab undis *IX 209*
templa *Thraecia *Taurica Or. 11*
Thrasamundus *rex Vandalorum v. frg. 3*
Thyestis *gen. Or. 203. 308 486. 684. 971; cf. 492 ss. 781*
Thymbraeus Apollo *VIII 184*
Tirynthius *Hercules II 94. 141.* deus ... -us *V 321*
Titan *X 497. Aegr. 133. v.* Sol
Titania *2, 591. v.* Phoebe
princeps Romanus ... Tītus *sat. 183*
(Tobias)] virum *2, 660 pater:* socer *2, 659*
Tonantis *Iovis II 8. IV 14. 45. VIII 147. 152. 198. 464. 472. 528. X 55. Or. 963.* -ti *V 313. Or. 31. 953.* -tem *II 19. X 5. 72. 138. 316. 415. 593 deus christianus:* -tis *1, 19. 94. 397. 674. 2, 173.*

249. 346. 680. 3, 215. 240. 717. -tem *1, 1. 228. 2, 229. sat. 149.* -te *1, 685*

Torquata *(adi.)* manus *3, 362.* -ta propago *395*

Tritones *VII 146.* -nes *acc. II 34*

Triviam te, Luna Diana, confiteor *X 188*

Troia *V 154. VIII 144. 270. 315. 326. 332. 375. 650. IX 37. 53. 100. 203. 223. 230. Or. 378.* -ae *VIII 20. 67. 259. 293. IX 47. Or. 138. 369.* -ae *loc. Or. 98.* -am *VIII 123. 586. X 333.* -ā *Or. 703* *cf.* Hectoreos . . . agros *Or. 75.* *v.* Dardanus. Ilios. Pergama

Troiana iuventus *VIII 251.* -ni praedonis *Paridis VIII 1.* -num . . . iter *VIII 71.* -no sanguine *443. 652.* -nas . . . opes *Or. 311* *subst.* -nos *VIII 628.* -nos *i. Romanos 193* *v.* Dardanidae. Laomedontiadae. Phryx. Phrygius

Troica germina *Or. 29.* -ca gaza *(neutr. plur.) 290.* *cf.* Troius

Trōilus *VIII 84.* Trŏilus *625.* Trōile *94. 129. 155. 631*

cum duce Troiugenum *3, 433. VIII 231. IX 63.* -nis . . . lacertis *V 111.* -nas proceres *VIII 261*

Troius . . . puer *VIII 479.* -a . . . funera *IX 231*

Troum *VIII 197.* -as *400.* -ēs *Or. 368.* -ĕs *voc. VIII 299*

Tydides *Diomedes VIII 324.* -dis *647.* -dem *IX 73*

Tyndaridis *Helenae VIII 530*

Tyrios *Carthaginienses 3, 436.* vestibus . . . -is *3, 72. VIII 482. X 258. Or. 305* *v.* Carthago

Vandali] regem Guandalorum *subscr. sat.* *v.* Gensericus. Gunthamundus. Thrasamundus

Venus *2, 591. II 45. VI 4. 16. 96. 105. 229. VIII 36. 64. X 122. ros. 1. Aegr. 41. bis 120.* Veneris *VI 20. VII 154. VIII 451. 618. IX 60. X 339. 460. Or. 434. Aegr. 16. 23. 33. 36. 120.* -ri *VII 144. X 269.* -rem *II 48. VI 18. X 82. 596. appell. sat. 227.* -us *voc. VI 22. 25. VIII 472. X 52. 218. 587. Aegr. 269* *cf.* mater Amorum *II 48.* Vulcani . . . amorem *VIII 168.* matris *X 205.* numen amorum *ros. 14.* mater *Aegr. 8.* dea *17.* mater Amoris *270* *v.* Cypris. Cythere. Cytherea. Dione. Idalius. Nox. Paphie

(Vergilius)] qui Troianos invasit nocte poeta *VIII 19*

pro Vergĭnia *V 254.* *cf. 3, 344 ss.*

Vesticolae . . . virginis *VII 22 Iliae*

Victoris soboles *VI 82.* domus -oris *101*

Victŏrianus . . . et Rufinianus *VI 103*

reus et doctus Vincomalos *(nom.) sat. 302, fortasse episcopus Baparensis a. 483*

Virginitas pudibunda *VI 94*
(Fabia?) Vitula *Sitifensis*; -lae *VII tit. VII 7*
fraudis Vlixeae *Or. 76*
Vlixes *VIII 325. Or. 631.* -xi *79*
Vrbis *Romae 2, 306. 3, 350*
Vulcanius ensis *Achillis IX 185*
Vulcanus *X 598.* -ni *II 57. VIII 168* *v.* mariti *VI 96*

Xanthi *VIII 75*

(Zacharias)] pater . . . Iohannis *2, 686.* antistes serus pater . . . Iohannis *sat. 39*

LL.C.
B139p.3

191470

Author Baehrens, Emil (ed.)

Title Poetae latini minores; re-ed. by Vollmer.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU